




SCRIRERE QUI NESCIT NULLUM
PUTA ESSE LABOREM.
TRES DIGITI SCRIBUNT,
CŒTERA MEMBRA DOLENT.
Dr. NICOLÁS LEÓN.

No 561.


No
561





Este libro conpuso el Reverendissimo Don frai Bartholome delas casas obispo de Chiapa /.

Lo escriuio año de 1563 =

¶ IN REGNIS QUE COMMUNI VOCA-bulo dicuntur del Peru in nuestro indiarum orbe reperti fuerunt reperiunturq; quotidie in sepulchris antiquissimis mortuorum que Guacas illorum lingua nominantur magni et mirabiles thesauri diuersarum rerum preciosarum: scilicet vasa seu phiale variarum figurarum ex auro purissimo et argento lapides preciosi emblamata siue suppellectilia ex preciosa materia miris modis fabricata: congeries quoque auri et argenti et diuitiarum tante quantitatis et qualitatis: quod videntur non in rerum natura existere: sed per sommium a dormientibus imaginatione formata. Nunc autem queritur an illa pertinebunt indifferenter ad quemlibet: qui vel propria autoritate vel delicentia regũ nostrorum hispaniarum siue gubernatorum nomine regio partes illas gubernantium quesierit foderit repererit et tulerit animo sibi retinendi. Itaq; acquirat dominium earum rerum preciosarum siue thesaurorum et possit salua conscientia retinere.

Todo lo escripto en este tomo es letra de N. S. Fr. Alonso dela Veracruz



§. 1.

¶ Ad huius questionis responsionem inprimis ē supponendũ: quod mos fuit antiquis nonsolum apud gentes que veri Dei cognitionis expertes erant verum etiam apud fideles ipsius veri Dei cultores: Reges atq; optimates queque preciosa in vita habebant: secum post mortem insepulchris reponere. Et tanto maiora et ditiora insepulchris eorum ponebantur quo potentia ceteros excellebant et diuitijs erant locupletiores. Ex hoc .n. gloria et manificentia eorum seculis futuris in hominum memoria illustriora reddebantur. ¶ Hoc patet per illud Job 3. Quasi effodientes thesaurum gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Et Baruch. 6. capite. Aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum: ita tutant sacerdotes ostia clausuris et seris ne alatronibus expolientur (scilicet thesauris)

consuetũ apud antiqs insepulchris ponere pretiosa q habebant /.

sauris ibi cum mortuis reconditis Ita inquit glosa anti
quitus (ait) in sepulchris potentium ponebantur pretiosa
propter quod claudebantur fortiter et cum diligentia ne
alatronibus extraherentur hec illa. Eadem dicit. S. Tho
super Job loco citato/. ¶ Item apparet exemplo Regis ma
nifici salomonis qui sepeliuit David patrem in hieroso
limis decenter nimis cum alijs rebus et ceremonijs que solet
circa exequias ministrari. Et multas diuitias cum eo re
condidit. Nam fecerat ei sepulchrum honorabile circaque

salomō sepelivit patrē suū david honorificet et cū illo aurum et lapides etc.

constituit septem loculos thesarorum quos auro et lapidi
bus preciosis repleuit. Quarum diuitiarum magnitudo per
ea que post modum ex sepulchro David extracta sunt ma

in sepulchro dd salomon fecit. 7. loculos quos auro et lapidibus preciosis impleuit/.

nifeste ostenditur. Nam post tempus annorum mille et tre
centorum. Hyrcanus pontifex dum ciuitas hierusalem obsi
deretur ab Anthioco rege. Volens ei dare pecunias ut
ab obsessione recederet et exercitum suum auferret non

hircanus pontifex aperuit vnū ex loculis/.

habens unde hoc adimpleret aperuit unum loculum se
pulchri David et sublatis exinde tribus millibus talentorū

ex sepulchro dd tria millia talentorum extracta ex solum vno loculo/.

partem dedit Antiocho et ita an ietatem obsessionis ammo
uit. ¶ Talentorum aūt ut dicit magister in historijs erant
species minimum (scilicet) maius et maximum. Minimum

minimum talentum pondo. 50. erat maius autem. 70. et maximum. 100.

enim erat pondo quinquaginta. Maius pondo septuaginta: ma
ximum vero centum viginti librarum. Valebat aūt libraum
quelibet quinquaginta aureos. Unde patet quod etiam si quodlibet
talentorum esset de minimis adhuc ascendebant in magnum
aureorum tria millia tallentorum. Quin potius si erant de
maximis ut videtur rationabile. ¶ Post hec autem multo
annorum tempore jam transacto Rursus herodes Rex: au
diens Hyrcanum ante se regem aperuisse tumulum David, et
tria millia tallentorum inuenisse ~~tumulum David~~ multo
plura credens depositaque ad omnes sumptus suos sufficerent:
tumulum aperiens ingreditur noctu dum nequaquam vellet
hoc ciuitatem sentire. Unde fidelissimos amicos tantum du
cens pecunias depositas sicut Hyrcanus non inuenit ornatus

herodes rursum voluit extrahere thesauros ex sepulchro David/.

vero et vasa aurea plura tulit. Dum vero omne studium po
neret et diligentiorem inquisitionem faceret ac vellet interius
ingredi ad sepulcra in quibus David et Salomonis corpora po
sita erant duo eius satelites flamis exusti sunt ab interiori

riori parte occurrentibus. Tunc ille timore perterritus egre
ditur. Nullus unqz de inceps fuit qui ceteros loculos invenire posset.
quamvis magni thesauri in sepulchro David et Salomonis
usqz hodie esse credantur. Magice .n. actum est: itaut non
liceret cuiqz vel invenire vel si invenisset posse inde quiqz
eripere. hec omnia refert Josephus lib. 7. c. 26. et libro. 13. c. 18.
et libro. 16. c. 7. Antiquitatum Judaicarum. ¶ Fama vero ho
rum motus Turcha solimanus nomine nostris temporibus
circa annum videlicet domini. 1520. cum cepit hierosolimam:
mira diligentia quesivit thesauros in sepulchro David: nunqz
tamen invenire potui ut legitur in historia Turcharum.

exusti miraculosi ministri herodis qui sepulchrum David et Solomonis ingredi conati sunt /.

Josephus

Vide abulē. 3. regū. c. 2. q. 20.

Turcha nris temporibus quesivit sepulchrum david et non potuit invenire /.

causa aut hujus frustrationis est: quia cuius modi loculi erat
sub terra mechanico modo id est magico reconditi ut in
gredientibus in monumentum nulla tenus possent esse ma
nifesti ut inquit josephus. ¶ Patet igitur qd recondere the
sauros et alias res preciosas Reges et potentes viros secum
in sepulchris suis: res fuit licita et solita apud antiquos fideles
vel infideles comunis et generalis. Et huius ratio potest talis
assignari inclinatio videlicet naturalisque inest omnibus
hominibus inqztum sunt rationales ut honor debitus servet²
nature humane preceteris animalibus scilicet qd corpus hu
manum sepeliatur (idest) qd hunc honorem habeat ho: qm
sicut inter omnia animalia solus homo est animal sacrum
atqz divinum: ita soli deferatur hic honor qd eius cadaver
sepeliatur ne laceretur ab avibus et alijs animalibus ceterorum
aut cadavera insepulta maneant. Un Phus in .1. Rhe
tori. inter alias partes honoris sepulchrum ponit. ¶ Est
insuper quoddam bonum honorificum mortuis inqztum vi
vunt in memorijs hominum qd sepeliantur corpora eorum.
omnes enim putant nihil esse in quo maiorem iniuriam
mortuo faciamus: qz si corpus eius per terram trahamus
et demus canibus et bestijs devorandum. Sic colligitur ex
aristotele .5. Ethic cum loquitur de illo qui se ipsum occidit:
an sibi injustum faciat. Et respondet qd non sed civitati.
Et ideo civitas vel comunitas infert ei penam scilicet ~~qd fa~~
~~ciat cadaver trahi per terra~~ in honorationem circa corpus
scilicet qd faciat cadaver trahi per terram vel qd maneat
insepultum. Est ergo dicendum qd malum quoddam prove
nit de functis ex hoc qd non sepeliuntur. Reputantur .n. in

recondere thesauros in sepulchris fuit consuetū et apud fideles et infideles

ratio ad id ex inclinatione naturali. /

inter ptes honoris sepulchrum ponitur /.

malum quoddam de functorum si non sepeliatur

felices

felices qui carent sepultura. E contrario aut̄ prouenit bonum de
functis ex eo qꝫ honorabiliter sepeliuntur. Ita patet Isaie .11.° Ubi
de Messya ponuntur multa honorifica et postea additur de
honore sepulchri eius ibi: erit sepulchrum eius gloriosum. Et
tamen si ad christum non pertineret gloria et honor sepulchri:
nihil de hoc prophetice diceretur. Ergo gloria sepulchri ad
christum attinebat. Ergo bonum aliquod accidit mortuis si cor
pora eorum sepulture mandentur. Iniqꝫ tum scilicet habent esse
et modum viuendi in opinionibus hominum. Ex inde aut̄
fuit apud omnes nationes naturalis ista conceptio: qꝫ corpora de

Quando corpora cre mabat̄ cineres in honore reseruabat̄

functorum sepelienda vel cremancia essent. Qui aut̄ cremanda
decernebant: cineres seruabant et hos in sepulchris vel in aliquo
insigni et honorabili eminentiqꝫ loco recondebant. Sicut cineres

cineres julij cesaris modo seruanti manet /.

Julij cesaris usqꝫ hodie Rome super quoddam ingenti lapide
pyramidalis figure qui acus nominatur post ecclesiam sancti
Petri dicuntur permanere judicabunt enim antiqui et etiam
moderni turpe ac iniuriosum esse qꝫ in sepulta humana corpo

homines in vita sunt soliciti de sepulchris /.

ra remanerent. Et ppter hoc videmus homines sollicitos in vita
esse de sepulchris construendis et obsequijs et alijs ad ea perti
nentibus. Et quanto potentiores et diuitijs magis sunt opu
lenti honorabiliora pulchriora et sumptuosiora preparant se
pulchra sibi. Unde unum idemqꝫ precipuum quod magis
cedit defunctis ad honorem et ut nomina eorum immor
talitate possibili apud posteros potiantur: eo videlicet modo
quo esse habent et viuunt in memorijs hominum: sepulchrum
esse videtur presertim si ex preciosa materia et multum sump
tuose ac subtili optimoqꝫ artificio edificatum fuerit: ornatuqꝫ
insuper pulcherrimis ac preciosis alijs coherentibus: et longe
potius si cum cadaueribus humanis magni opes atqꝫ thesauri
preciosi reponantur in sepulchris. ¶ Verum quia apud reges
et potentes in seculo facile inueritur eiusmodi magnitudo
et opulentia diuitiarum: eo magis crescebat et augebatur nec
non diffundebatur eorum gloria potentia et excellentia
regia futuris seculis innotescebat: quo in sepulchris suis
maiores thesauros et diuitias ex auro et argento et lapidi
bus preciosis: ceterisqꝫ diuersis magni precij suppellecti
libus secum mandabat̄ recondere aut sepelire secum /.

§. 2.

¶ Ex precedentibus tres possumus elicere propositiones. Prima est magnum interesse pretendere illos qui secum sive cum proprijs corporibus suas voluit sepelire divitias vel thesauros videlicet: honores laudem et gloriam que sunt honoris effectus et partes felicitatis s(ecundu)m Ph(ilosophu)m .1. Retho. et perea in opinionibus hominum vivere perpetuo. Et hoc consequi sperant si eorum stat(us) divitie opulentia opera sublimia et magnificentia qualia exstiterint posteritati nota fiat. Est nanq(ue) laus preconium ore alieno celebratum. Vel laus est sermo dilucidans magnitudinem virtutis secundum sanctum Thomam super psalmos: et Phus .1. Retho. laus est oratio magnitudinem virtutis ostendens. ¶ Gloria vero est frequens de aliquo fama cum laude secundum Tullium in rethoricis. Et ut ipse ait in oratione pro M. Marcello. Est illustris et promulgata multorum et magnorum vel in suos cives vel in patria vel in omne genus hominum fama meritorum. Aut secundum Augustinum est Juditium hominum bene de hominibus opinantium. ¶ Probat(ur) propositio .1.a quoniam naturaliter laudis honoris et glorie cupiditas inest hominibus. Unde frequens est et quotidiana: itaq(ue) nemo est qui eam non desideret. Ait n(amque) Valerius libro 8. nemo est tam humilis tamq(ue) abiecte conditionis quem glorie dulcedo non demulceat et tangat. Et Tullius in Tosculanis: honos alit artes omnesq(ue) incendimur ad studia glorie et laudis. et .1.o officiorum vix invenitur qui laboribus periculisq(ue) additis non quasi mercedem rerum gestarum desideret preter hanc glorie et laudis. Et in libro orationum ait Nihil esse in vita magnopere expetendum nisi laudem et honestatem. In ea autem persequenda omnes cruciatus corporis omnia pericula mortis atq(ue) exilij parvi esse ducenda. Sane quia ut ait Gregorius libro .6. c. 109. registri. sicut ignis aura flante fit grandior: ita bone mentis studi(um) commendatione proficiunt. Hinc imperatores et antiqui reges inclinationem seu conditionem huiusmodi considerantes mortalium ut virtuosos cives ad subeundas labores maxime p(ro) re publica et strenue agendum in omnibus secundum virtutem animarent tripliciter secundum Albertum magnum

Marginalia: 1.a pp. — illi q(ui) secu(m) sepelire faciu(n)t thesauros magnu(m) p(re)tendunt interesse 1. — laus q(ui)d — s. tho. — gloria q(ui)d. — aug(ustinus). — omnes appetu(n)t honorem. — Valerius — tullius — Vide abule Levitici .10. q. 8. — gregorius. — Albertus magn(us) super .1.

super a. Et hic. ostendebant premiando bene meritos illa laude scilicet ut demostraretur in gloria quod laudis titulos acciperent: et memoriam sempiterne recordationis fecerunt prima eos sedere super equos Niueos (Ut dicit titus liuius) qui erant de sella regis undique circundati precone publica voce clamante et exponente virtutes eorum et virtutum operationes quibus hoc meruerunt. Et hoc non multum aberrat a facto regis assueri circa. Mardocheum quem ascendere iussit equum qui de regis sella erat inductum vestibus regis et accepit diadema regium et ducere per plateam ciuitatis clamante Naaman sic honorabitur quencunque rex voluerit honorare. Hester. 6. ¶ Et. 2. titulos etiam rescribi fecerunt in templum et aulam: ut etiam non presentibus eis: virtus eorum nota foret. ¶ 3°. memorias quoque acceperunt in statuis et fornicibus: Ut etiam post mortem eorum virtus illa obliuione non deleretur. Propter quod ad huc picti inueniuntur victores scutis rotundis retro ad caput alligatis: ut in scuto videretur quod strenue pro republica certauerunt. Scutus enim sectus est ubi suscipit ictus inimici: et ideo milles protectus scuto coronatus significatur strenue sustinuisse hostium insultus et ictus. Hinc est quod in templis capita deorum et sanctorum pinguntur in figura circulari per modum scuti posteris capitis aptati ~~premia virtutis etc~~. Tales igitur laudes sunt premia virtutis etc /. hec Albertus. ¶ Ecce quod veteres ducebant honorem laudem et gloriam, non propter laudem presentium modo: sed potius pretendebant ut futuris seculis virtus/ opulentia status magnitudo opera strenue a se facta constarent quatenus sic viuerent ut possibile erat sempiternaliter. Et hoc erat eis interesse magnum. ¶ Cum igitur per repositionem illorum thesaurorum in sepulchris pretenderent laudem honorem et gloriam ad que naturaliter homines inclinatur. ergo magnum interesse acquirere procurabant. ¶ 2. probatur propositio appetitus semper viuendi natura inest cunctis mortalibus ut patet. 10. Ethic. cuius ratio potest assignari quia secundum eundem Phm. 2. de anima: omnia creata secundum unius cuiusque naturam et conditionem appetunt diuinum esse participare et illius causa agunt quecunque

2a ratio ex appetitu semper viuendi sumpta /.

quecunqȝ secundum naturam agunt. Et tamen cum experien
tia didiscissent Jnpo̅te fore semper viuere eo modo viuen
di qui aliquantulum eis similis eternali scilicet in memoria
et opinione hominum contenti fuere. Et ideo in vita ista
mortali egregia quedam secundum vnius cuiusqȝ inclina
tionem vires potentiam vel diuitias operabantur: vt mate
riam preberent venturis hominibus (ipsis per mortem
sublatis) de eis bene opinandi / eos reuerendi / et laudandi
exaltandiqȝ vt sic tantem viuerent quodam modo eterna
liter. g°. per hoc ꝙ recondere thesauros eius m̄di secum in se
pulchris reges nobilissimi et potentes homines mandabat:
honorem opinionem bonam / famam / laudem et gloriam
et sic magnum interesse vendicare sibi conabantur.
¶ Porro inter alia que ad perpetuam hominum memo
riam laudem. eto̅ ./. per mortem consequendum prisci soli
ti erant curare (qui mos vsqȝ hodie durat) hoc erat vnum
et non minus principale: scilicet ꝙ arma seu insignia que
loco imaginum fuerunt subrogata: ponebantur in templis vel
in sepulchris / muris / aut fornicibus et alijs solemnibus edifi
cijs: quatenus patescerent vniuersis et cuius aut quorum fue
rant de inceps notitiam haberent et reuereri eos inciperent.
hoc tangitur in l. i. §. casum ff. de postulado. Hoc etiam
apparet. i. Machabeo cap. 13. vbi legitur de Symoneo Ma Simon machabeꝰ
chabeo ꝙ edificauit sepulchrum patris sui et fratrum suo pro parētibꝰ et
rum edificium altum visu lapide polito retro et ante. fratribꝰ statuas
Et statui septem pyramides vnam contra aliam patri et erexit et arma
matri et quatuor fratribus: et his circum posuit columnas in memoriam
magnas et super columnas arma ad memoriam eternam. apposuit ./.
Et iusta arma naues sculptas que viderentur ab homini
bus nauigantibus mare. hec ibi. Et. i°. regum. 13. posuerunt
philistei arma saulis interfecti in templo Astaroth: corpꝰ
vero eius suspenderunt in muro bethsam. ¶ Canticorum de
nique 4. Salamon tangit ꝙ Rex David pater turrim fece
rat ex qua pendebant mille clipei omnis armatura for
tium. Qui forte fuerunt insignia et arma mille procerū
tam parentum q̄ȝ amicorum aut subditorum sibi, que
posuit in mille clipeis pententibus ex dicta turri.
¶ Plinius quoqȝ libro 35. c. 3. refert aliquos antiquos Pliniꝰ.

Romanos Clipeos arma vel scuta ad perpetuam suorum memoriam relinquentes Idem fecisse. Nam Ap. Claudius qui consul cum seruilio fuit suorum clipeos in sacro vel publico priuatim dicare primus instituit. Posuit. n. in bellone e de maiores suos placuitq3 in excelso spectari: et titulos honorum legi. Decora res utiq3 si liberorum turbe paruulis imaginibus seu nidus aliquem sobolis pariter ostendat. Quales clipeos nemo non gaudens fauensq3 aspicit. Post cum. M. Emilius collega in consulatu. Q. luctatij non in basilica modo emilia: verum et domi sue posuit id quoq3 Marcio exemplo peni ex auro factitauere et clipeos et imagines secumq3 in castris tulere etc. hec plinius l. Et est sciendum q antiquitus mos fuit Rome ut imagines maiorum in funeribus ducerentur ad gentilitatem, idest ad genealogiam ostendendam et in atrijs imagines erant que spetarentur expressi vultus singulis disponebantur armarijs ut essent imagines que comitarentur gentilia funera. Alie in foribus et circa limina animorum ingentium imagines erant affixis hostium spolijs: que nec emptori refringere liceret que etiam dominis mutatis domus ornamenta erant secundum eundem plini libro quo supra. c. 2. loco igitur imaginum subrogata fuerunt arma vel insignia (ut diximus) et opinatur budeus q posteriora tempora pro imaginibus insignia gentilia habuerunt que arma vulgo vocantur que ipsa quoq3 primum ut simile est veri virtutis premia fuerunt ac rerum preclare gestarum decora si de his ad sacietatem cupis videre lege casaneum prima ~~patet~~ p. conclusione 10. in cathalogo glorie mundi. Patet igitur q apud priscos quemadmodum et apud modernos modo fit honoris et laudis gratia et bone opinionis et fame: vel de proprijs personis: aut maiorum suorum: seu de antiquitate originis familie siue gentilitatis et nobilitatis apud iuditium hominis perpetua de magna cura erat et summo studio id agebatur. Quid precor nunc videmus etiam inter catholicos aliud maxime nobiles viros utiq3 potentia et diuitijs magnos Reges et magnates nisi ponere vexilla / insignia. Scuta et arma vel aurea vel de aurata siue argentea vel ferrea in capellis apud ecclesias erectis

antiq romani clipeos aureos in sepulchro posuerunt l.

pro imaginibus arma pinguntur l.

erectis ab ipsis studio magno magnisq3 sumbtibus edificatis: tumbas vel tumulos preterea in ipsis q3tum ipsi possunt in altum eleuare: nec non cooperaturis bombicinis aut auro intextis et id genus multis suppellectilibus preciosis eorum ornare. Et hoc quidem non ob aliud nisi honoris et et fame perpetue gratia: verum quia sepelire thesauros et suppellectilia preciosa cum corporibus dominorum gloriaz nobilitatem diuitias excellentiam status celsitudinem eoruz manifestabat: exinde videntibus et audientibus motiuz et materia dabatur illos vereri magni pendere. nec non laudare atq3 magnificare et cetera omnia ad honorem et gloriam spectantia. q. magnum interesse pretendent. q secum in sepulchris reponere suas diuitias et thesauros mandabant: scilicet perpetuum honorem et ad honorem spectantia. tullig

¶ Honoris siquidem interesse maius est omni interesse alio. Nam ut cicero de amicitia ait. Ubi enim istum inuenies qui honorem amici anteponant suo. Et Aristo in economicis. Multo grauius fert aliquis si honore suo priuetur q3 si bona sua ei auferantur. et huiusmodi honores terreni plus capiuntur q3 celestes. De renuncia. C. nisi cum pridem. §. pro graui. Et pro honore sustinendo et sustinendo agendum est actione in Iuriarum vt dicit. Bal. in. l. obseruare. §. anteq3. ff. de offi. proconsul. imo protuitione et defensione proprij honoris permissum Duelum et bellum de Iure moueri pot contra iniuriantes vel detrahentes honori nro. Bal. in. c. circa principium. et colu. de pace. tenen. in feudis quia nemo tenetur iniuriam pati vel parui pensionem proprij honoris arg. ff. de post in principio Imo crudelis est qui famam suam negligit. c. nolo. 12. q. 1. hinc di q causa vite et honoris equiparentur. l. Justa. ff. de manumissio vindic. Ita q pot quis in honoris sui defensionem occidere inuasorem sicut pro defensione [illegible] persone. Vt per docto. in. l. 1. C. Vn vi. et per Jasso in. l. vt vim. ff. de Justi. et Iu. et petrus gerar in suis singula. singu. 33. Vnde textus in. l. miles. §. socer de adulte. Verecundum esse honorem suum inultum relinquere. Non pot. n. honor. numerario precio estimari vt

Aristo.

majoris momenti honor quã divitie.

ut dicit Bal. in c. de vita et honest. cle. et in c. ex tenore .2. colu de appella. et quod plus est honor ad fert utilitatez. l. si longius insi. ff. de iudi et ubicunqz est questio honoris dicitur esse ardua causa in l. inimicitie in fi. ff. de his q[ue] ut indignis. Inde preterea est q[uo]d id quod non potest fieri no servato honore fieri non pot. ita habet tertius in l. in eadem causa. ff. ex quibus causis maiores. No Gerardus in singul. singul. 82. et sic de propositione prima.

Ubi q[uestio] est honoris ardua causa d[icitu]r.

§. 3.

Propositio 2. non solum mortuis provenit hoc bonum honoris et bone opinionis apud posteros quod est quodam modo perpetuo et semper vivere prout dictum est: Verum etiam multum interest viventium qui defunctis vel sanguine vel affinitate aut etiam amicitia coniuncti fuerunt.

Probatur propositio. q[uonia]m sicut nobilitas parentum quam virtutibus divitijs scientia industria eloquentia rei militari rei pu[bli]ce administratione sua vel maiorem dignitate aut alia quavis excelentia non vulgari acquisierunt descendit veluti ex traduce ad posteros ut qui maiorum suorum conditionem sequuntur. Ut optime probatur l. 1. ubi Bartho. et Joa. de plate. et in l. si senator. et in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. et in l. senatoris filium. ff. de senato et de illa nobilitate et virtutibus quibus ad illam predecessores pervenerunt posteri et descendentes gloriantur et se impigniter sepe iactitant: ita si maiores sui aliquo dedecore aut infamia morum presertim sunt notati: vel eis aliqua iniuria irrogatur: proculdubio descendentes omnes eiusdem oprobrij confusione percelluntur: et eorum omnium honori detrahitur. Nam si parentibus

iam

iam mortuis aliquis honor exhibeatur veluti cum laudat[r]
et celebratur eorum memoria manifestum est in filios et ne
potes et pronepotes adque in omnes descendentes honorem
eiusmodi redundare. E contrario aut si fierent eis aliq
inhonorationes putasi extumularentur aut ossa eorum cre
marentur magna iniuria vivis et filijs et alijs descendētib9
et attinentibus irrogaretur. Similiter vero redundant in
parentes defunctos bonum vel malum que proveniunt filijs
nepotibus pronepotibus adque alijs posteris eorum scilicet et
prosperitates et inhonorationes infamie vel infortunia:
idest bone et male operationes: ex quibus procedunt honores vel
inhonorationes. Clarior enim est qui optimos reliquit
successores: quam qui nullos vel malos ita disputat Phus et cō
cludit. 1. Ethic. Patent hec omnia per illud ecclesiastici.
c. 3. ne glorieris in contumelia patris tui non enim est tibi glo
ria sed confusio gloria. n. hominis ex honore patris sui: et dede
cus filij pater sine honore. Et. c. 41. Erubescite a patre et matre
de fornicatione. et parum infra de patre impio querentur
filij: quia per illum in opprobrio. Unde filijs ex fornicario
matris partu irrogatur iniuria ut in auten. de resti et ea que
pa. §. ulti. colla item dedecus est patri si filius ducat igno
miniosam uxorem. ff. de contrat. empt. l. 3. ¶ facit ad
propositum quod de eneo scipione maioris africani filio Va
lerius libro. 3. c. 5. vel secundum aliud volumen. c. 305.
refert. qui quasi monstrum fuit attenta gloria et virtutibus
patris: a quibus ipse plurimum degeneraverat et ob maculas
sue turpitudinis et viciorum inter ceteras sibi ignominias illatas:
cum a pplo Romano eidem collatus fuisset honor preture. vel
a quodam scriba patris sui cui Romanus populus concesse
rat: propinqui et consanguinei eius reputantes q dignitatē
illam propter vicia et turpitudines suas erat polluturus quoque
opprobrium et dedecus illius in omnes eos redundaret: ita
terruerunt eum ut non auderet ponere sellam pretoriam:
aut iusdicere inter litigantes. Et super hec de traxerunt de
manu eius anulum in quo erat sculptum capud africani
maioris. Et subdit Valerius. Dij boni quas tenebras e quo
fulmine passi estis nasci idest offuscationes claritatis nomi
nis et fame passi estis nasci. Patet igit[r] omnes propinquos
et qui

si mortuis aliqua fiat iniuria cedit in contumelias filiorum et consanguineorum l.

.et qui de eadem genealogia seu cognatione sunt opprobrio aut ignominia eorum alicuius labefactari. Inde est quod offendens in persona vel in bonis aliquem vel aliquos offendere nedum illos dicitur: sed et quoscunque de offensorum cognatione. Probatur hoc per cap. olim de injur. et da. da. Ubi injuria irrogata epo. omnibus ecclesiis subjectis videtur irrogata quia sponsus est illarum ecclesiarum. Unde eccle inferiores pro injuria sibi illata ut ibi possunt agere. Et propterea eisdem consanguineis datur aliquando facultas vindicandi ut l. raptores. C. de sacrosanc. eccle. Ubi dicitur quod consanguineis virginum et mulierum deo dedicatarum raptorum datur propria autoritate interficiendi facultas. Et ex his glosa in l. lex cornelia. ff. de injur: quia injuria uni de cognatione illata videtur facta toti cognationi. hoc et patet Genes. 14. facto abrahe qui vindicavit rapinam in loth nepotem suum commissam. qui ivit contra quattuor reges. Et Simeon et levi raptum Digne sororis raptoribus interfectis. Ratio autem predictorum est quoniam tota cognatio facit unum corpus cuius partes vel membra faciunt singuli de cognatione illa. Ut in l. cum scimus. C. de agricol. et censi lib. 11. Unum quippe cum parentibus sumus. de peni. dist. 4. c. Quid est quod dicitur. Nam pater et filius pro uno capite et pro una persona reputantur Ut in l. fi. ff. de impube et substi. Ubi dicitur cum ex natura pater et filius hec eadem esse persona pene intelligantur sunt una caro. 35. q. 3. §. hac autoritate. Item filius pars est patris ut dicit Phus. 5. Ethic. sanguinis. n. eius est. ff. de inofficio. testa. l. non enim. et vox patris est tanquam vox filii insti. de inutil. stipul. §. ei qui et heres una persona cum defuncto censetur. in aut. de jur. jur. a mo. prosa. in prin. Scilicet pro ea parte qua est heres. no. ff. de preto. stipu. l. 2. in glo ulti. Imo natura patris ambulat in persona filii: et memoria parentum in liberis et per liberos conservatur in eum ff. de verbo sig. l. mulier. §. cum proportionaretur. Et appellatione parentis non tantum pater sed et avus et proavus et deinceps omnes superiores in infinitum continentur: sed et mater et avia et pro avia. ff. de verbo signi. l. appellatione. et ff. de in jus voca. l. 4. §. preter

tez. et. §. parentes. ¶ Similiter liberorum appellatione nepotes. et pronepotes et omnes qui ex eodem genere descendunt et sorti sut comprehenduntur et faciunt cognationem vt in l. liberorum. ff. de verbo. signi. faciunt quoque familiam domum et gentem id est con sanguinitatem. vt probatur in l. pronunciatio. §. familie. el. 2. et §. comuni iure. ff. eo titulo. ¶ Cum igitur tota vna cognatio familia domus et gens id est consanguinitas faciat vnum corpus misticum vel imaginatum singuli autem alter alterius membra sicut ait Apostolus ad Roma. 12. et naturali inclinatione in id ipsum pro inuicem sollicita sunt membra. Et si quid patitur vnum mem brum compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra vt etiam inquit Apostolus. 1. ad Corinth. 12. ergo si pater vel superior aut aliquis ascendentium alicuius familie domus aut gentis seu cognationis et consanguine orum: aut filius vel nepos aut pronepos seu aliquis descenden tium vel etiam transuersalium agit vel patitur aliquam iniuriam vel oprobrium seu dedecus, siue turpe iniuriosum aut inhonestum: similiter propter alicuius eorum illustria facta vel gloriam et ho norem adeptum propter merita: redundat in totam familiam vel cognationem etc. ergo non solum mortuis bonum quodlibet honoris vel felicis opinionis apud posteros (quod est quodam modo perpetuo viuere) verum et interest viventium qui defunctis vel sanguine, familia cognatione affinitate aut etiam amici tia fuerunt coniuncti. Quia de eiusmodi honore vel honora tione gloria vel dedecore mortuorum recipiunt et ipsi commo dum vel incomodum et sic patet propositio. 2.

¶ 3. propositio que sequitur ex precedentibus Recondere cum cor poribus defunctorum magnos thesauros seu diuitias est ma nifestum argumentum quod neque mortui qui eos sepeliri secum man darunt. neque viventes successores qui in sepulchris maiorum suorum illas permanere permittunt eo animo eas ibi po suerunt et sinunt esse vt eas haberent vel habeant pro de relictis: aut renunciauerint tacite aut expresse iuri et dominio quod in eas habebant. Et per consequens quod pre dicti thesauri et diuitie habent dominum et sunt res aliene.

¶ Probatur propositio. 1. per primam quia intentio animus mor tuorum et viuorum qui eas sepelire secum iusserunt et qui permanere in sepulchris permittunt est ut inde honorem gloriam et laudem apud posteros consequantur et vt status

gloriosus

.gloriosus opes et magnificentia eorum futuris seculis innotescat: et sic perpetuo in opinionibus hominum viuant et hoc est eis interesse magnum. q. neq viui neq mortui habuerunt animum relinquere diuitias et thesauros predictos pro derelictis. ℭ 2. probatur a signo sic. Quando res que inueniuntur nec scitur earum dominus sunt preciose magniq valoris signum est non esse habitas vel fuisse pro derelictis vbicunq inueniantur vnde non debent putari dño vel dominis carere mortuis aut viuis qm talia nemo abse abijcit: sed vel possidet et seruat vel donat. Sed thesauri et diuitie et illa que in prefactis sepulchris cum regibus et proceribus condebantur: erant res preciosissime. q. signum est q non fuerant habite pro derelictis. Non. n. est verissimile q tam preciosas res tantum vili penderentur. ℭ 3. probatur per loca in quibus inueniuntur. Inueniuntur nanq in sepulchris vel in templis deorum suorum et tutabant ostia seris et clausuris ne a latronibus tollerentur vt dictum est in principio. q. signum est q non habebant eos pro derelictis. ℭ 4. probatur a simili. Nam si quis in mari vel in maris littore inueniat rem aliquam que ejecta est de naui causa nauem alleuiandi pp locum in quo inuenitur nemo debet presumere aut putare q habeatur pro derelicta: sed potius contrarium. Qm ea que alleuiande causa nauis iactantur in mare non habentur pro derelictis. Quia non iactantur ea mente vt vlterius non possideantur aut dominium eorum domini amittant vel abijciant: sed quia possidens dominus vult saluare vitam que sibi preciosior est qz diuitie. Unde patet q inuenire res in mari vel in littore maris est signum q dominus earum non habuit eas pro derelictis Res (inquam) que non solent esse in maris littore nisi rarissime et ~~causa~~ casu pp eas dico scilicet lapillos vel gemas que ibi nascuntur que in nullius bonis sunt et proinde inuentoris fiunt. Hec probantur instit. de re. diui. §. vlti. et ff. de fur. l. ~~si finita §.~~ falsus. §. si iactum. et ff. de dam. in fe. l. si finita. §. si quis metu. ℭ Hoc modo dicendum est q si quis portabat magna onera in via et non poterat

vltra

qm res preciosa inuenit nō habetur pro derelicta.

si quis in littore maris inueniat res p̄tiosas no habebat pro derelictis.

Vltra ferre reliquit vel si fugiens hostes non potuit res suas portare ac propterea in via dimittit: licet putet quod non inueniet illas ~~quando~~ quando redierit: vel quod forte nunquam eas habebit non dicitur habere eas pro derelictis. ¶ Hec ergo sunt signa manifesta que faciunt presumptionem vehementem ratione loci quod res que inueniuntur non sunt habite pro derelictis nec domino careant et sic sunt res aliene. ¶ Sic igitur est de thesauris et rebus alijs preciosis que in sepulchris vel in templis deorum suorum inueniuntur: quia certe ibi non ponebantur vt haberentur pro derelictis sed ut ibi optime seruarentur perpetuo et inde honorem laudem et bonam opinionem dominus iam defunctis et eorum descendentibus viuentibus afferrent. De hoc vide. Hostien. in sum. titulo. de causa proprietatis. §. quid sit proprietas verbo. Item per traditionem. ¶ Et confirmantur predicta per exemplum quod apud nos et intelligimus et videmus manifeste. Queramus inquam vtrum Reges et magnates ac nobiles viri et catholici: ea preciosa videlicet vexilla insignia siue arma scuta aurea et argentea tumulos coopertos pannis bombicinis et auro intextis que posuerunt defuncti patres et maiores sui in capellis ecclesiarum vbi fuerunt sepulti habuerint pro derelictis. Et an offenderentur mortui. et superstites descendentes eorum viui: si quis illa vel furto vel violenter tollere conaretur. Manifestum enim est quod non solum mortui: et viuentes: verumetiam tota cognatio domus et familia offenderentur et loco iniuriarum acciperent. ¶ Secundo probatur prop. quia ista preciosa que condebantur cum corporibus defunctorum in sepulchris non sunt proprie thesauri qui est in bonis nullius qui in totum inuentori acquiritur si in solo suo inuenit. Est enim proprie thesaurus cui conuenit thesauri diffinitio que ponitur in l. vnica. C. de thesau. lib. 10. thesaurus est pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita cuius dispositionis non extat memoria vt ibi et insti. de rerum diui. §. thesauros. Ab ignotis dominis id est ab aliquibus hominibus fuit pecunia abscondita qui nunquam eam repererunt et ibidem longissimo tempore permansit in tantum quod iam per obliuionem exiuit a possessione et dominio humanorum. secundum Joanem de platea in d. l. vnica. ¶ Improprie autem dicitur thesaurus secundum eundem quando

extat

Hostien.

hoc est notissimum.

Illa que inueniuntur in sepulchris non est proprie thesaurus.

extat memoria vt quia aliquis abscondisset causa lucri vel metus vel custodie adde vel honoris vel alicuius alterius boni respectus. Et de hoc nihil queritur inuentori quinimmo committit furtum: sed eius qui abscondit vel eius heredum vt est textus in .l. nunquam. §. thesau. ff. de acqui. re. do. insi. et .l. thesaurus. ff. ad exhibendum. et .l. item habeo. ff. familie erascu. et .l. a tutore. ff. de re. vendi. Cum igitur res ille preciose ponerentur in sepulchris causa custodie ac honoris laudis et glorie viuorum et defunctorum et totius cognationis regum et aliorum magnorum hominum ascendentium et descendentium: de quibus extat memoria per successionem scilicet regis ynga vel successorum regum illorum regnorum et sic in alijs regnis illius orbis. g. non sunt thesauri proprie sed improprie et per consequens non queruntur inuentoribus. patet sequela quia non exierunt a possessione et dominio illorum et sic habent dominos: et sic de 3. ppone.

§. 4.

His sic suppositis ponitur sequens conclusio catholica.

Conclu. generalis.

no pot quis de sepulchris aurum vel vasa vel alia extrahere sine peccato quia furtum et tenetur restituere.

Nemo absque peccato mortali furti vel rapine et obligatione ad restitutionem pot. tollere animo sibi retinendi thesaurum aliquem improprie dictum siue in pecunijs et moneta consistat: siue in vasis aureis vel argenteis siue in suppellectilibus et quibuscunque alijs preciosis rebus que dominus posuerit in quocunque loco vel in aureis vel in templo vel in sepulchro vel sub terra quantumcunque antiquitate vetustescerit: si dominus adhuc superest aut aliqui ad quos de iure succedere pertineat. Hec conclusio adeo est catholica et manifesta quod non probatione indigeat: quinimmo qui ausus fuerit negare illam: vel

3

stultus

stultus erit vel non euadet heresim. Et ratio huius conclusionis est quia thesauri vel diuitie aut res preciose ille sunt res aliene habentes proprios dominos vel illos qui in locis predictis ea posuerunt vel ponere ibi mandauerunt vel eorum heredes. Qui aut tollit vel contractat res alienas inuito domino: furtum committit vel rapinam vero si adhibetur violentia. Et dicitur dominus inuitus et si videat quis non contradicat ex timore vel verecundia. ff. de fur. l. penulti. quod est peccatum mortale: tum quia est contra iustitiam. Omne aut quod est contra iustitiam est peccatum mortale secundum. s. Tho. 22e. q. 59. Tum quia est contra preceptum diuinum. vbi prohibetur non solum furtum proprie dictum. Sed etiam omnis illicita rei aliene vsurpatio. Exodi. 20. et. 14. q. 5. c. penali et in specie. c. siquid inuenisti. et c. Multi. et q. 6. c. 1. vbi dicitur: Si res aliena propter quam peccatum est reddi potest et non redditur: penitentia non agitur. sed simulatur: si aut veraciter agitur non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Et in regula peccatum. de regul. iur. lib. 6. De his Raymundus in suma titulo de furtis. §. 9. vbi. Item quid si aliquis. Et panor. in. c. fi. de fur./.

dominus dicitur inuitus et si videns non quod dicat si id faciat timore vel verecundia ex hoc intelliges quam plurima in nouo orbe indiane gentes non quod dicere et inuite pati quia timore hispanorum id faciunt.

Quantum ergo ad propositum nostrum
et questionem propositam in principio:
ponitur hec conclusio responsiua.

Nemini hominum de mundo nec etiam hispaniarum regi. (quod cum omni reuerentia quam celsitudini Regie debemus dictum esse volumus absque licencia et libera nec non gratiosa voluntate Regis Ynga vel suorum descendentium ad quos de iure secundum leges illorum vel consuetudine in bonis suis succedere pertinebat: licere inquirere re aut structari, fodere aut tollere thesauros vel diuitias seu res preciosas animo sibi retinendi easque in sepulchris et Guacas dictas cum suis defunctis sepelierunt. Quod si contrarium fecerit peccatum mortale furti vel rapine committet. Et nisi restituerint: et penitentiam de peccato egerint saluari erit impossibile

conclusio multum notanda quia tangit plures tam seculares quam regulares et prelatos in prouintia del peru/.

possibile. Et non solum de peccato furti vel rapine oportet eos penitere verum etiam de iniuria qua potissimum irrogat prefatis successoribus seu descendentibus viuentibus eorum quorum sepulchra violant honori et laudi vtrorunque (scilicet) viuorum et mortuorum derogando et memoriam cessare faciendo. Pro quo et satisfacere illis tenentur.

Ynga ē nomen appellatiuū regū del Peru.

¶ Ynga vocabantur nomine appellatiuo reges vel potius imperatores regnorum del Peru: quemadmodum Reges Egipti prius Pharaones deinde Ptolomei appellari consueuerunt.

¶ Prima pars conclusionis huius satis apparet ex iam dictis quia videlicet thesauri et res preciose in sepulchris inuente sunt res aliene et sic habent dominos scilicet Regem Ynga qui est legitimus successor et heres Guaynacabe. Et quidem magni et prudentissimi regis vt omnes hispani fatentur: qui in regione illa morantur. Qui successerat plurimis preclaris regibus qui per nongentes fere annos in regnis illis feliciter regnarunt. Successerat et prefato Guaynacaba alius filius eius scilicet Athabaliba in regno quod Quito appellabatur: et huic extant hodie filij et filie. Similiter supersunt successores regulorum qui regum Ynga et Athabalibe regimini erant subiecti et habebant sua sepulchra plena thesauris et suppellectibus diuersis preciosissimis. ergo absque licentia Ynga et Athabalibe et ceterorum regulorum habentium sua sepulchra nemini licitum fuit inquirere scructari et tollere animo retinendi sibi res illas preciosas.

P. 900. annos regnarūt reges del peru qui expoliati sūt ab hispanis.

Athabaliba. rex del peru.

¶ 2ª. pars scilicet quod si contrarium facerent peccarent mortaliter peccato furti vel rapine patet. tum 1°. quia faciunt contra Iustitiam. Tum 2°. quia inferunt eis iniuriam tollentes mortuis et viuis in quantum in se est honorem et famam que consistunt in hoc quod memoria suorum mortuorum non deleatur: sed viuant perpetuo in hominum opinionibus. Et hoc est magnum interesse vtrorunque vt per primam et secundam propositiones est probatum. Tum 3°. quia transgrediuntur preceptum diuinum. Tum 4°. quia etiam leges humane id prohibent et puniunt acriter scilicet vltimo supplicio vt apparet in l. 2. §. Diuus Adrianus. ff. de sepulchro violato vbi sic dicitur. Aduersus eos qui cadauera spoliant presides seuerius interuenire solent: maxime si manu armata aggrediantur. Vt si armati more latronum id egerint etiam capite plectantur. hec ibi.

et C.

et. C. eo titul. l. pergit audacia. Ubi etiam punitur eadē pena qui vestem mortui aut ornamenta sepulchri abstu lerit ut sacrilegus: sicum armis capite si sine armis me tallo danatur. ¶ Secundum leges regni castelle idem pro hibetur et morte punitur ut patet in l. i^a. titul. 18. lib. 11^o. Ubi ponuntur hec verba. El que quebrantare sepulchro de muerto y sacare alguna cosa de ay muera por ello. y si no sacara nada peche cient sueldos de oro: la mitad al Rey y la otra mitad a los parientes del finado. Erat autem quodlibet sueldo valoris centum et trium aureorum siue ducatorum ut habetur per glosam super l. i^a. titul. 5. lib. 2^o. fori. ¶ Et

vide abulē levi. 10. q. 8.

leges ordinamēti q loquunt^r q viola tes sepulchra /.

cada quel do de valor de ciento y tres ducados /.

quia ex grauitate pene que infligitur in prohibitionem alicuis actus arguit^r grauitas culpe: ideo quotiens leges humane ali quem actum prohibent sub pena mortis aut mutilationis vel dam nationis in metalum: semper contrarium faciendo peccatur mor taliter sec^{undum} doctores et s. Thom. cum leges humane iuste obliget in foro consciencie quia non infligitur talis pena: nisi pro eo quod multum esset lesiuum iustitie ac bono reipu^e facit ad supradicta l. qui sepulchra. C. eo titulo. Quamquam de huiusmodi legibus executio ni mandandis parum immō nulla cura fuit nostris magistra tibus in indiarum partibus. ubi dicitur: qui sepulchra violant domos (ut ita dixerim) defunctorum geminum videntur fa cimus perpetrare. Nam et sepultos spoliant destruendo: et vivos polluunt fabricando. Polluunt videlicet injuriam inferendo etc.

¶ 3^a. vero pars questionis scilicet quod nisi thesauros et alias res pre ciosas et queque bona ex sepulchris ablata proprijs dominis vel heredibus restituant et de peccato penitentiam egerint non possint saluari et precedenti generali conclusione cum sua pro batione est clara. Nihilominus tamen denuo volumus eam probare. Et arguitur i. sic. Nemo potest saluari sine penite tia post peccatum mortale. Sed detinens alienum et non res tituens non agit penitentiam / sed simulat ut Augustinus dixit ad Macedonium et habetur in d. c. Si res. ergo ille qui the sauros iam dictos abstulerunt vel ablaturi sunt ex sepulchris sine lic^a dominorum nisi restituerint illos ad quos pertinet: in penitentes morientur et per consequens impossibile erit saluari. .i^a. ratio

¶ 2^o. arguitur sic sine obseruatione iustitie impossibile est quem quam saluari: Sed auferentes thesauros et diuitias iam dictas ex alienis sepulchris faciunt contra iustitiam. ergo nisi eas res

tituant

tituant quod est actus Justitie impote est ut possint sal
uari. ¶ 3º. arguitur impossibile est quemqȝ saluari nisi
ei dimittat peccatum mortale. Sed detinere alienum et p
momentum inuito domino est peccatum mortale quem
admodum et furari vel rapere pp quod dr̃ Eccli. 21.
Quasi a facie colubri fuge pecc̃. Qui tamen non restitue
do predicta que ex sepulchris furantur vel rapiunt sunt
semper in peccato mortali. g. impossibile est eos posse sal
uari. ¶ 4. impossibile est quemqȝ saluari qui debitum pe
cuniarum debet et non reddit vel soluit: sicut per aptum ad
Roma. 13. omnibus reddite debitum cui tributum tributum cui
vectigal vectigal, cui honorem honorem: et nemini quicqȝ de
beati nisi ut inuicem de beatis. Unde premisso q omnibus
debita reddenda sit ne forte parum dixisse videretur cum hoc
sonet affirmatiuum preceptum: negatiuum subiunxit nemini
quicqȝ debeatis: quasi dicat in deum committitis si quod cuiqȝ de
betis eo inuito detinueritis. Sed illi qui sepulchra spoliant et
thesauros inde animo sibi detinendi tollunt inuitis dominis sunt
debitores eorum et precepto diuino reddere obligantur. g. si non red
dant impote est eos salvari. ¶ 5. Nemo eorum qui aliquod no
cumentum notabile infert proximo nisi resarciat et tollat illud:
pot saluari quoniam omne nocumentum alteri illatum ex se re
pugnat seu contrariatur charitati que est anime vita et mouet
ad volendum et faciendum bonum alterius. Sed omnes illi qui
tollunt predictos thesauros inuitis dominis inferunt nocume
tum notabile scilicet impediendo ne suis bonis et diuitijs que
ad honorem laudem et gloriam suam et maiorum suorum in sepul
chris illis reposita sunt fruantur et gaudeant. Item inferunt
eis aliud maius nocumentum: q ut pereat memoria suorum
parentum et suam: similiter honor et laus et gloria et nomen
et fama in quibus precipue totum suum interesse felicitatemqȝ
ponebant extingatur: sunt in causa. Unde maxime illis in
Juriantur. g. nisi per restitutionem tot thesaurorum ablatorum
inuitis dominis eius modi nocumenta tollat et resartiant im
pote est eas saluari. Carent. n. charitate atqȝ proinde mortuas
habent animas/~

¶ Pars aut. 4ª. Conclusionis et probatur scilicet q de iniuria
quam viuis et mortuis inferunt teneantur penitere atqȝ proposse
satisfacere. Quantum ad penitere clarum est: cum ex suo pecca
to mortali furti vel rapine sequatur in proximis illud in Jurie
malum et hoc etiam si non habuissent iniuriandi animum: sed fu

randi

[ap]erandi vel rapiendi thesauros dumtaxat: quia qui occasionem dampni dat ipsum dampnum dedisse videtur. C. si culpa de iniur. et dam. da. si aut intenderent iniuriam irrogare causa minuendi honoris vel opinionis ultra peccatum, quia est co[n]tra proximi charitatem quem diligere sicut et nos tenemur. Mathe. 22. et. 8. q. 1. c. in scripturis et de peni. dist. 2. c. cha ritas el. 2ª. C. de iniuri. l. si non es nunciatur / ¶ Quantum vero ad satis facere proposse per. d. c. si culpa ubi sic dicitur /. Si culpa tua datum est dampnum vel iniuria irrogata: seu aliis irrogantibus opem forte tulisti: aut hec imperitia tua sive negligentia evenerunt iure super his satisfacere oportet nec ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam hec ibi cuius ratio est secundum s. Thomam ubi allegabitur infra: quia distincta sunt restitutio et satisfactio. Non. n. restitutio est pars satis factionis. Et ideo de offensa vel iniuria homo ledens proxi mum ei non reconciliatur per hoc q[uod] sua ei restituit: sed per hoc q[uod] supra hoc aliquid humilitatis ei exhibet. ¶ Quod aut[em] iniuriam fecerint et iacturam eiusmodi fures vel potius predones seu raptores prefati: probatur. Quia tollut defunctis totum esse suum perpetuum scilicet vivere in me moria et opinionibus hominum et per q[uod] ius vivis auferunt totaliter honorem laudem et gloriam. Et hec est atrocissi ma utrisq[ue] iniuria. ut insti. de iniur. §. atrox. Et hec tanto est gravior: quanto in plures redundat. Sicut gravior est que infertur principi q[uam] alicui private persone: quia redu[n] dat in iniuriam totius multitudinis. ¶ Cum ig[itur] hec iniuria redundet in totam demum progeniem seu cognationem re galem ipsorum regum et regulorum: imo in universas illas regno rum suorum comunitates ut ex dictis apparet: et argu de lega. 3. l. mutu. insi. et argu. 32. q. 7. cap°. offerebat et fit de dec[us] totius cognotionis fulgori. l. 1. C. de sena consul. claudit tolle do. Ideo ceteris paribus ex hoc ipso iniuria h[uius]modi maxime ~~agra~~ aggravatur. de hoc s. Thom. 2a 2e. q. 65. ar°. 4. et alibi. Unde pro hac illata iniuria non solum descendentes om nes et tota regalis cognatio: verumetiam universe regno rum illorum comunitates possunt etiam no[min]e proprio agere

in

in Iuriatum contra eos. ff. quando appel. sit. l. 2. §. pen. et §.
fi. et de appella. l. non tantum. et in Iur. l. cum posuit. fit.
.n. in Iuria domui et sunt tres leges. 1. et 2. et 3. optime ad
propositum. ff. delibera. cau. et ff. Qui et aduersus quos. l.
fi. ¶ Nonne in Iuriosum esset apud nos tollere Verilla scuta
insignia nobilium magnatumque hyspanie et longe magis regum
que in capellis colesiarum recondere consueuerunt: et in super
tumulos vel tymbos presertim quando sunt auro textis vel seri
cis cooperti vel suppellectibus alijs preciosis: aut vasis aureis siue
argenteis adornati. Certe nemo nobilium hispaniarum saltem
(quicquid sit apud alias nationes) non egerrime sustineret: ac
propese non in Iuriam hanc vindicare acerrime conaretur:
existimans proprium honorem et predecessorum suorum glo
riam et laudem et famam sumopere ledi. Pertinet namque
illa (sicut sepe dictum est) ad diminutionem vel potius dilectio
nem honoris et glorie siue fame viuorum et mortuorum. Et
hoc est manum interesse vtrorumque. ergo oportet taliter le
dentes pro iniuria satisfacere vltra necessariam restitutionem.
¶ Etsi Iuridice et ciuiliter agatur istabitur Iuramento viuo
rum quantum ad stimationem tanque legitime probatiuum. Vt patet
in. C. olim de iniur. et dam. da. et. C. Vnde vi. l. sign. et.
.2. q. 1. c. in primis. et de his que vi. met. cau. fi. c. Vltimo.
et Iuramentum debet talis forme esse Nos talis Iuramus quod
prius vellemus tot millia de nostro amittere: quam tallem in
Iuriam nos passos fuisse. Cresit aut minuitur iniurie estima
tio secundum gradum dignitatis persone passe in Iuriam. vt
.d. §. attrox et §. pena. insti. de in Iur. Est namque mani
festum in casu nostro quod rationabiliter atque probabiliter quisquis
sit Iudicabit quod cum illi quibus in Iuria est illata Reges et magni
ac potentissimi et locupletissime domini existerent: et tanti
fecerint sepulchra sua propter honorem laudem et gloriam
vt pote cunctis opibus preeminentia et mortui preferenda
vt ex dictis clarum est: estimatio quam facerent in Iuriarum
quas in huiusmodi a nostris sunt passi non esset qualiscumque:
sed millia millium et centiens centena millium. Quoniam vere
ra eiusmodi estimatio apud ipsos et etiam apud Philosophos et
sapientes quoslibet huius mundi nulla est comparatio. ergo quanta
dis restat eius modi predonibus vltra restitutionem tot thesau
rorum

rorum raptorum satisfactio et sic saluandi via. ¶ Si aut cogat[r] in foro conscientie de iniurijs huiusmodi cum precio non sint estimabiles tenetur placare sic lesos quantum sibi possibile foret / cum ipsis se componendo de iniurijs per se illis factis et humiliter veniam postulando. Et hoc modo satisfaciendi uti debemus maxime quotiens damnum vel iniuria illata proximis non pot ad plenum recompensari. Hec probantur per. d. C. olim de iniur. et s. Tho. 2a 2e. q. 62. ar. 2. ad 1. et ad 3m et in 4. sen. dist. 18. q. 1. ar. 5. q. 1a incorpore et ad. 1m. Et hostien. in suma. titul. de iniur. §. contra quos debet et §. inquantum det[r]. Raymundus cum glosa sua. Et Ulricus et summa confessor. lib. 2. titul. 5. q. 65. Sanctus quoque archiepiscopus flo. in 2. par. titulo. 2. c. 2. §. 3. Astensanus sit prima parte sue sume lib. 2. titulo. 14. Adrianus demum. in. 4. loquens de restitutione fame. Et sic patet conclusionis pars. 4. et quoniam tota conclusio responsiua ad questionem satis claret /. ¶ Item ius per omnia est de thesauris et preciosis rebus si que inueniuntur in templis Idolorum quibus deos suos in sua infidelitate vel Idolatria venerabantur: quod de illis que in sepulchris maiorum suorum reponebantur. Videlicet quod nec pro derelictis habuerunt nec dominio eorum renunciarunt: nec modo post conuersionem suam sunt illa vacantia: sed dominos habent: scilicet aut illi qui Idolis obtulerunt in persona si extant: vel heredes eorum ad quos secundum eorum iura vel consuetudines pertinet succedere hereditario Iure. Probatur hoc. quoniam si ea obtulerunt dijs eorum falsis: hoc proculdubio sub tacita conditione offerre intelligebatur scilicet si deus verus esset ille vel illi quibus talia immolabant et sic verum illum deum existimantes cum intentio maxime gentilium tendat principaliter et finaliter ad verum deum colendum que cognoscunt licet confuse naturaliter. Sic dicit Hieronimus super psalmum. 95. Sic igitur et nos et omne humanum genus naturaliter intelligit deum. Nulle. n. gentes sunt que naturaliter non intelligat creatorem suum. licet. n. lapides et ligna venerentur. Tn intelligunt aliquid maius esse quam ipsi sunt et in errore suo indicant se habere sapientiam. hoc est nulla gens est que ~~habere~~ naturaliter non intelligat deum. Denique gentiles Idola colunt: hoc est lapides

s. Tho.
hostien.
Raymundus
Ulricus

thesauri inventi in templis Idolorum non erat derelicti et sic nullus hispanus potuit propria authoritate rape /.

hieron

et ligna

et ligna venerantur et si forte rixam fecerint et si Iuramē
tum aliquod ~~inter~~ illos venerit, non dicunt lapides isti vi
dent: ligna vident: sed deus videt et deus audit. Hec Hie
ronimus in forma. ¶ Hocipsum etiam quidam idolatra
Romanus gramaticus maximus nomine scribens ad Au
gustinum monstrare contendebat Equidem (ait) unum
esse deum sine initio sive prole natere: seu patrem magnum atq3
magnificum quis tam demens tam mente captus neget esse cer
tissimum. Huius nos virtutes per mundanum opus diffusas:
multis vocabulis invocamus: quoniam nomen eius cuncti pro
prium videlicet ignoramus. Nam Deus omnibus religioni
bus commune nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quedam
membra captim variis supplicationibus prosequimur totum co
lere profecto videamur etc. Hec ille in epistola que inter
Augustinus. Augusti epistolas. 43. Numeratur. Cum igitur illa offerret
aliis qui non erant dii existimantes offere deo vero ut illum
colerent et venerarentur postq3 Iam per dei gratiam fidem
receperunt et cognoscunt se fuisse deceptos manifestum est
q possunt recuperare illa et repetere cum non eamente
ponerent ibi: putantes per errorem eos esse deos tacita vel im
plicita conditione q si non essent veri dii vel deus nullo modo
alias oblaturi et per qns non perdiderunt earum rerum
dominium. Patet hoc in illo qui dat indebitum omni Iure
uni per ignorantiam vel errorem putans alteri dare cum error
excludat eius liberam voluntatem. Nam omnis error in
ducit repetitionem et ita indistincte intelligitur. l. cus per
errorem. ff. de regul. Iur. et. C. de condi. Indebi: l. 1. et. l.
cum et soluta. et per totum ~~et. C. de Iur.~~ illum titulum et. ff.
et per totum. et. C. de iur. et facti igno. l. cum quis ubi glo.
magna. No. in. c. final. de solutio. cum igitur. Tacita cō
ditione q̄squis non excusante omnis Idolatra videatur idola
colere putans per errorem deum verum venerari et ei deos
offere suas immolationes sive sacrificia atque sacrificia
in communi naturali ratione vident se esse obligatos: Quod
si errare se cognoscerent ipsa ratio nālis eos ab Idolatria
retraheret sequitur manifeste per errorem illa preciosa
indebita in templis ad honorem falsorum deorum repo
suisse certe non posituri si errorem cognoscerent et ideo
non

non dubium quin vt diximus repetere possint. Quoniam sicut errore cognito illa non offerrent: ita procul dubio dominium eorum a se non abijcerent. q°. ad huc eorum sunt domini: et tanq̃ res suas possunt repetere. Quod etiam confirmari poterit per huiusmodi exemplum. Detur casus intra nostra christianam religionem q̄ christianorum aliquis esset in tali errore q̄ putasset eaque in ecclesia ad honorem Dei et cultum diuinum celebrandum obtulisset calices et alia vasa vel aurea vel argentea seu auro intexta siue bombicina non placere deo et nil ei profutura esse post hanc vitam manifestum esse videtur Vtiq3 intentionis sui minime fore abrecisse dominium earum rerum a se aut habuisse illas pro derelictis. Quoniam et si eas in ecclesia obtulit vt honorifice cultus diuinus celebraretur hoc tamen supposita tacita et implicita condicione si deo placerent ac vt in alia vita premium acciperet alias certe non frustra oblaturus intelligendum esse ratio ipsa compellit. Quod si per impossibile error ille ab aliquo cuius autoritati et fidei merito esset deferendum confirmaretur nemo esset gentilium philosophorum judicium habens prudentie si judex huius controuersie constitueretur qui bona oblata illa juste indicando illi tanq̃ propria et earum dominium habenti restituere non decerneret. ¶ Aparet igitur non minus seu pari et fortiori forsam ratione thesauri alieque quoq3 diuitie ac preciosa suppellectilia: que inueniuntur et inuenta fuerunt vel deinceps futuro tempore inuenientur in templis quondam idolorum et oblata sunt in honorem deorum tempore sue infidelitatis pertinent ad eos qui ea obtulerunt vel eorum heredes: quem ad modum illa que in sepulchris sunt vel erunt inuenta ~~fue~~ siue reperta ſ.

Vide deutero. c. 7. et tabule. 1. paralip. c. 18. q. 2. 4.

§. 5.

Quoniam in principio conclusionis responsiue ad motam questionem exclusimus et inclitum et xpianissimum regem nostrum q̄ scilicet nec ipsa celsitudo sua sine lic.ª et conse.su libere regis Ynga et quidem magni regis regnorum del peru: vel aliorum regum aut regulorum ad quos spectat vel heredum suorum pot mittere

aut

nullus et rex pot[est] thesauros recoditos in sepulchris extrahere /.

aut mandare inquirere aut ~~scrutari~~ scructari et tolle
re thesauros et alias res preciosas que sunt in sepulchris etc.
idcirco dignum esse ducimus reddere rationem de huiusmodi.
Et probo sic. Rex ille ynga et successores illius sunt prin
cipes et domini supremi et universales omnium regno
rum del peru non recognoscentes superiorem: habent qz iustu
merum mixtum imperium et omnimodam potestatem et
iuris dictionem quemadmodum alij reges liberi de mundo
ergo nullus rex aut princeps de mundo potest sine illius
vel eorum licentia et beneplacito intrare regna illa et querere
aut scructari que in eis sunt et illa tollere. Antecedens patet: quia
totus ille orbis cuius pars sunt regna illa del peru est in al
tissimo mari occeano ab omni regione alia earum omnium
quas unquam homines cognouerunt remotissimus quem
a gentibus illis indianis occupatum et possesum et super eas
regnare proprios reges inuenimus. Et sic ab omni su
periori exemptos seu liberos. Et hec probantur satis per l.
ex hoc iure. cum ibi nota: per doctores ibi ex hoc iure dis
crete sunt gentes: regna condita a singulis gentibus que
sibi reges elegerunt secundum glosam dominia distincta

gentes et reges noui orbis libere et nemine habebat interra superiorem

etc. ff. de iusti. et iur. ubi apparet quod naturali et gentium
iure: ille gentes et reges earum sunt domini et liberi nemi
nem superiorem recognoscentes: nec de iure nec de facto
antequam nos eas agnouissemus. ¶ Appellatur aut superior
ille ad quem pertinet locus ex natura loci idest exitu: dixit bal.
allegat. l. insule ff. de iudi. Sed melius in consilio 328.
prime par. ulti. q. ubi ait nihil referre utrum quis vocetur
Rex vel dux: quia non est facienda vis in nomine sed in qualitate
regiminis et magnitudine potestatis argu. ff. de condi. et de
monstra. l. pater seuerina. §. conditionum hec baldus et longe
melius ad hunc idem 2. par. ad propositum nostrum sic ait: quod
de iure gentium reges tenent supremum cardinem et apud
infideles et ideo non appellatur ab eis apparet et penes reges esse
illam speciem dominij que vocatur universalis sed particularis spectat
ad singulares per se: ad regem aut per accidens idest ex acci

detalez

dentales causam puta propter delictum et ideo etc. Secundum sanctum Thom. autem et c. Sed secundum s. Tho. aut lib. 1. c. 14. de regimine principum. Illum regem dici supponimus cui summa regiminis in rebus humanis committitur. Quippe qui electus est in superiorem appto vel qui successit taliter electo qm electus fuit cum suis successoribus. d. l. ex hoc iure. Cum ibi nota. iurisdictio aut est plantata in loco vel territorio agro non pot euelli: facit. l. inmodicis. ff. de contrahen. emptio et. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. ~~presi. et. l. 2. ff.~~ prefec. urbis. et. l. fina eo titul. et. l. 3. de offi. presi. et. l. 2. ff. de iuris. om. iudi. in quibus dicitur. q iurisdictio coheret territorio. Ad id. c. fi. de consciti. libro. 6. et in. l. fi. ubi et apud quos. Et in. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. signifi. et. l. quicunqz. C. de fen limitrophis. lib. 11. Unde quia rex habet regnum suum et totum illius regni solum in eius potestate consistit. d. §. cum orbem ergo habet et iurisdictionem coherentem toti illi solo seu territorio. ¶ Secunda vero probatur quia intrando regnum alterius sine licencia et maxime cum exercitu contra voluntatem vel prohibitionem tacitam vel expressam proprii regis: dicitur turbare ipsum per simplicem introitum unde facit ei iniuriam: et tollendo inde aliquid potissimum preciosum usurpat alienum. arg. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis me prohibeat. et §. fi. et. l. sane et. l. is qui in domum alienam et 1. dist. c. 1. Cynus in. l. 1. C. uti possidet. Bartho. in. l. 1. ~~post se~~ ntentiam vel colu. in principio verb. porro si ego possideo. ¶ Unde quilibet rex aut regni cuius libet universalis moderator non recognoscens superiorem: si viderit expedire ad pacem et quietem: ad malos mores vitandos ad defensionem securitatem et conseruationem regni vel ~~Rei~~ reipublice sue in libertate potest statuere vel lege regia prohibere ne quis forensium seu alienigenarum seu cuiuscunqz alterius regni persona: regnum vel prouinciam aut ciuitatem sue ditionis ingrediatur: vel causa mercimonii commutationis emptionis venditionis aut gratia inibi habitandi vel quacunqz alia de causa. Idqz rationabiliter ac prudenter faciet: qm ad regiam circunspectionem et curam pertinet ut futuris periculis regni vel reipublice prouideat: quatenus contra externos hostes tuta reddatur. Qm non solum

intrā in regno alterius sine licētia proprii regis peccat

§. interdictū 3. colu eo. Baldus in. l. sen

attendit

attenditur quod presens est: sed etiam quod esse potest eoque evenit
sum in consideratione hominum. l. pr. filio. ff. de here. justi. l.
ait facto. §. eventus. ff. de penis. et. §. posteriore. insti. quibus
modis testa. infir. et. l. generale. §. si libero homi. ff. de fi
de comis libe. Quod autem Rex posset ingressum alienigenarum
prohibere patebit dilucide inferius. §. 12. ¶ Si quidem his que
modo tetigimus et brevi quadam mora explanavimus: et in opere
nostro de unico vocationis modo omnium gentium ad veram
religionem. lib. 1. c. 3. latissimo discursu fuerunt elucidata: ne
minem existere qui non libenter assentiat nisi vel mentis de
fectum aliquem vel catholice doctrine inexperientiam pa
tiatur arbitramur. Quibus tamen solus videtur obstare ins
titutio papalis de regibus nostris hispaniarum facta in su
periores reges et moderatores totius illius orbis indiani: cuius vir
tute atque autoritate cum omnes gentes et habitatores illarum
terrarum subditi regum nostrorum remaneant ratione
fidei predicande idcirco cetera omnia que sequuntur personas
videntur eisdem esse subiecta: et per consequens posse de omnibus
que in regnis sunt et sic de supradictis thesauris et quicquid
preciosum fuerit ad placitum vel pro arbitrio tanquam suppre
mi principes decernere sive determinare. ¶ Unde licet omnia
determinata in precedentibus vera sint quantum ad quoscunque mun
di reges alios: non tamen quantum ad reges hyspaniarum qui
peculiari previlegio et donatione per apostolicam sedem ad
imperiale fastigium super orbem illum fuerunt sublimati.
¶ Ad quod dicimus verum utique esse catholicos castelle et legio
nis Reges sedis apostolice providentia et gratiosa donatione
constitutos fuisse super orbem illum suppremos principes ra
tione cure quam eis de predicanda fide ad convertendis ha
bitatoribus illius ipsa sancta sedes injungebat ut apparet
in literis apostolicis prefate institutionis sive donationis. Sed
revera non ipso jure vel ipso facto quod nominati vel instituti
sunt tales reges nostri per summum pontificem translatum est
in eos universi orbis illius dominium nec possessio juxta
notata per legistas in. l. traditionibus. C. de pactis. et
in aut. ingressi. C. de sacro san. eccle. et in l. nunquam ff.
de acqui. rerum domi. et per canonistas. in. c. ex literis
de consuetudi: et in aliis utriusque juris locis.

eventus sunt in
consideratione ho
minum

quare possit in
gressum alieni
genarum prohibere
in li. de unico vo
cationis modo. c. 3.

objectio.

solutio.

§. 6.

¶ Ad cuius tamen obiecti pleniorem declarationem et solutionem supponende sunt alique considerationes. ¶ Prima consideratio est: q cum dominia et iuris dictionis status et dignitates regales sint apud infideles de iure gentium et nāli et confirmata per vtrunqz ius diuinum precipue per euangelicum: manifestum est q fides catholica vel religio christiana non priuat infideles Reges aut dominos suis statibus dignitatibus dignitatibus et bonis aut iuribus alijs et dominio quod super sibi subiectos habent iure naturali et gentium: sed potius rectificat illa. ¶ Quod aut per ius diuinum sint approbata patet in veteri lege: in qua millies mentio fit de regibus infidelibus et idolatris. De primo rege Nembroth. gene. 10. fuit principium regni eius Babilon. etc. Et quatuor reges etiam sodomorum et Gomorre. gene. 14. Et triginta reges chananeorum. in libro numerorum et fere per omnes libros diuine scripture frequentissima est memoria regum idolatrarum Et ut de alijs qz plurimis taceamus: per ipz os diuinum Nabuchodonosor Rex est appellatus. Ecce ego (inquit) adducam ad Tirum Nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone regem regum cum equis etc./. Ecechiel. 26. Et huic Daniel dixit non gratia adulationis prestande: sed veritatis titulo aperiende: tu rex regum es: et Deus celi regnum et fortitudinem et imperium et gloriam dedit tibi etc. Danielis. 2. Ex quo ergo Deus per scripturam suam reges infidelium et idolatras reges appellat: reges sunt: quia ipse dixit et facta sunt. ps. 148.

¶ Unde patriarche atqz prophe reuerentiam et obedientiam regibus infidelibus idolatris et pessimis sub quorz regimine degebant exhibuerunt. vt s. Joseph. pharaoni. Dauid Nabuchodonosor: Mardocheus et Hester Assuero. et Baruch. 1°. dicitur. orate pro vita Nabuchodonosor regis babilonis: et pro uita Balthasar filij eius vt sint dies eorum sicut dies celi super terram: vt biuamus sub vmbra Nabuchodonosor et vmbra Balthasar filij eius et seruiamus eis multis diebus etc. ¶ Propha regis etiam Dauid honorauit Saulem postqz ab eo Deus recesserat: quia scilicet adhuc rex erat et fuit dum vixit. Unde Augustinus in questionibus veteris et noui testamenti. questio. 35. sic ait. Qua ratione

1ª. consideratio.

fides catholica nō priuat reges aut dnos infideles suis dominijs/.

ex iure diuino comprobat² reges infideles esse nō obstante infidelitate/.

viri sancti qui reuerētiaz exhibebat regibus infidelibus.

aug.

ne David Saul postq̃ Deus abeo recessit christum Domini vocat et honorem defert ei. Non nescius David diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis. Idcirco Saul in eadem ad huc traditione positum honorificat ne deo in Iuriam facere videretur: quibus ordinibus honorem decreuit. Dei .n. imaginem habet: sicut et episcopus christi quandiu ergo intraditione est honorandus est si non pp se vel propter ordinem. Unde aptus ad Roma .13. potestatibus sublimioribus subditi estote: non est potestas nisi à deo. Que .n. sunt à deo ordinata sunt. huic est vnde gentilem in potestate tamen positum honorificamus: licet ipse indignus sit qui dei ordinem tenens gratias agit diabolo. Potestas .n. exigit quia meretur honorem. Nam ideo pharaoni future famis somnium reuelatum est: et Nabuchodonosor alijs secum assistentibus solus filium dei vidit in camino ignis: non vtiq̃ merito suo: qui in Idolo se adorari voluit: sed merito ordinis regalis hec Augusti. in forma. ¶ Ecce qualiter reges infideles Idolatre ac pessimi habent regnum imperium: et fortitudinem et gloriã idest dignitatis excelentiam et ordinem regalem à deo celi et sunt in traditione, idest in off° regali a deo constituti q̃uis infideles propterque honorem et reuerentiam merentur imaginem dei gerentes. Unde apparet prefatas dignitates et status regales dominia et Jurisdictiones introductas lege nat̃li et gentium confirmatas per Jus diuinum veteris testamenti ¶ Quod aut̃ sint approbata et confirmata per legem euangelicam: sunt innumere autoritates. et prima sit hec ipsius autoris Justitie christi. Math. 22. reddite que sunt cesaris etc. Quibus verbis docuit tributum et Jura regalia cesari Ethnico infideli et in eo vniuersis alijs ethnicis Idolatris et infidelibus reddi. Reddite (inquit) non date quia reddere signat solutionem: solutio aut̃ supponit debitum: debetur nanq̃ regibus etiam infidelibus tributum nat̃lis Justitie obligatione vt patet ad Roma vbi supra reddite õibus debita cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui honorem honorem etc. loquebatur nanq̃ aptus de principibus infidelibus quibus tunc t̃pis plenus erat mundus.

gentiles in potestate positus honoramus/.

dignitas regalis introducta de lege nat̃li et Jure gentium et confirmata Jure diuino/.

infideles habere pont verũ dñiũ et Jurisdictionem/.

Quos

Quos tamen appellat ministros Dei in hoc ipsum seruientes Ideoqz necessitate subditi estote. hoc. idem solliciti apostoli promulgare procurabant omnibus fidelibus et primis christianis precipientes vt obedientiam et honorem et Jura principibus infidelibus obseruarent tanqz vnum et preceptis diuinis euangelice legis. 1. ad Thimo. 6. Quicunqz sunt sub Jugo (glosa inter linealis infidelium serui) dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini blasphemetur. Qui aut fideles habent dominos non contemnant: sed magis seruiat quia fideles sut. Et ad titum. 3°. admone illos principibus et potestatibus subditos esse dicto obedire ad omne opus bonum etc. ¶ Conuersationem vestram idest actus exteriores et opera habentes bonam intergentes (idest gentiles et infideles viuentes: vt prouocetis eos ad fidem secundum .s. Thomam) vt in eo quod de tractum de vobis tanqz de malefactoribus quia propter indiscrectionem et superbiam aliquorum de Jam conuersis ad fidem post fidem susceptam dicebant non teneri fideles obedire principibus infidelibus: ideo infideles domini conquerebat et blasphemabant fidem tanqz in Justam quia Jura nature tollebat: et conditionem vel ordinem humane conditionis tanqz iniustis et malefactoribus, et sequitur ex bonis operibus idest ex debita obedientia et subiectionis prestatione (qua ante vestram conuersionem tenebamini dominis vestris) vos considerantes glorificent deum in die visitationis idest vocationis vel conuersionis vestre aut eorum. Et infert statim beatus Petrus quam intendebant q̄clonem. Subiecti igitur estote omni humane creature (glosa et .s. thomas ibidem) fidelibus et incredulis hec illa et ille. Et est accomoda distributio prohis sub quorum erant potestate pp deum idest sic deo ordinante: siue regi si precellenti / siue ducibus: quia hec est voluntas Dei vt bene idest taliter obediendo facientes ob mutescere faciatis subtrahendo eis materiam conquerendi et blasphemandi imprudentium hominum idest infidelium ignorantiam. Et post parum Deum timete: Regem honorificante. serui subditi estote in omne honore non tantum bonis et modestis: sed discolis. idest infidelibus. ¶ Jtem Paulus. 1. ad timoth. 6. precipiebat obsecrationes / orationes gratiarum actiones fieri pro regibus et omnibus qui in sublimitate constituti erant: et sunt: ut quietam et tranquilam vitam agamus. Manifestum. n. est q̄ eo tempore q̄n ap̄li precepta hec promulgabat fidelibus et primis christianis: mundus totus (vt diximus)

mus) plenus erat principibus siue regibus infidelibus: et nullus
Rex aut princeps erat fidelis. g°. dignitates et status regales do
minia et jurisdictiones et Iura regalia, que sunt apud infide
les: approbata et confirmata fuerunt et sunt per Ius diuinuz
noui testamenti: noui per legem euangelicam. ¶ Quod vero fides
christi et religio christiana non priuet Reges vel principes
infideles suis dominiis statibus et dignitatibus jurisdictionib9
et Iuribus &c. Que ad reges et regum autoritatem et excelle
tiam pertinent: Iam clarum ex adductis existit. Quasi Deus
per Ius diuinum veteris testamenti: et iterum per nouum eua
gelicum confirmauit et stabiliuit omnia predicta. g°. blasphe
mum esset sentire q reuocasset illa per fidem et multo minus
suscipiendo fidem infideles ipsi. ¶ Sed addamus alias particula
res rationes et autoritates et prima sit. Ordo prelationis q°
homines subiiciuntur principibus suis: est ordo Iustitie natis
a deo institutus secundum illud ad Roma. 13. non est potestas
nisi a deo que aut a deo sunt ordinata qui resistit. Et lo
quitur de ordine que inferiores suis superioribus subduntur.
Sed fides xpi est justitie principium et causa secundum illud
ad Roma. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu christi: in omnes
et super omnes qui credunt in eum ergo per fidem xpi
non tollitur ordo Iustitie, sed magis firmatur. Ordo
aut justitie requirit vt inferiores suis superioribus
obediant fideles sint vel infideles quia Iustitia non soluz
extendit se ad fideles: sed etiam ad homines vniuersos
g°. principes infideles vel etiam eorum subditi maxime
suscipiendo fidem non amittunt sua dominia jurisdi
ctiones, dignitates et Iura est debita. Hoc enim esset
melioris conditionis in sua infidelitate qz in christianissimo
et in ecclesia sancta existere contra illud quod habet
in c. judei. el. 2°. ex de jude et sarra. Vbi precipitur
sub pena excois judeis ad fidez venientibus possessiones
non auferantur cum melioris conditionis ad fidem conver
sus

[Margin: Iura regalia cofirmata per Ius diuinuz noui testamenti.]

[Margin: 1a ratio ad conclusionem.]

vos esse oporteat, quam ante quam fidem susciperent habebantur hec ibi. ¶ Idem et amplius habetur in quadam extravaganti Jo annis. 22. sub titulo de judeis in corbus. Dignum (inquit) arbitrantes et juri consonum forte renatos baptismatis judaica cecitate dimissa amplioribus favoribus aut gratijs quam antea abundare indecens et absurdum ut qui in perfidia abundaret cogantur mendicare fideles. et infra districte precipimus et mandamus quatenus conversis hujusmodi et qui in posterum convertentur: in possessionibus et bonis alijs quocunque nomine censeantur que conversionis tempore obtinebant seu etiam obtinebant occasione predicta nullam molestiam inferant: nec ab alijs inferri permittant sed ipsis in his et in alijs se fauorabiles exhibentes ipsos ab injurijs et molestijs protegant et defendat. ut sic de servitute ad libertatem transisse percipiant nec redire pretextu mendicitatis odibilis ad missam perfidiam compellantur. hec ibi. Re etenim vera magnum dedecus fidei catholice fieret: quoniam religio christiana tamquam injusta et tyranica estimaretur et odio haberetur: et per eius blasphemandi xpum dominum latorem legis evangelice materiam preberemus si contrarium predictorum attentaremus. ut est manifestum.

vide quomodo madat papa quod infidelibus qui convertuntur non fiat injuria neque priventur bonis aut dignitatibus si quas habebat tempore infidelitatis

¶ Ratio .2ª. si ista per fidem datur gratia spiritus sancti que principaliter ~~sit ista per fidem datur~~ dicitur ipsa lex evangelica: gratia vero non tollit naturam sed perficit et supplet defectum nature secundum .s. Tho. 1ª. par. q. 2. ar. 8. ad 1m. et 22e. q. 188. ar. 8. Sed principatus et potestates dominia et jurisdictiones que sunt apud infideles cujuscunque nationis secte aut religionis existant (preter tamen judeos post mortem xpi) pertinent ad eos lege naturali et gentium que jura lex evangelica divina et gratia spiritus sancti instaurauit, augmentauit/ firmauit secundum augustinum: perfecit et suppleuit secundum .s. Thomam. ergo infideles maxime suscipiendo fidem non perdunt principatus/ dignitates/ potestates etc. sed potius firmantur et perficionantur in illis. ¶. 3º. probatur autoritatibus. 3ª ratio.

2ª ratio.

gratia non tollit naturam sed perficit

et prima

aug. Et primo Augustini super Joan. 18. exponens illud Regnum meum non est de hoc mundo. Audite (inquit) ergo Iudei et gentes audi circuncisio: audi preputium audite omnia regna terrena: non impedio dominationem vestram in hoc mundo: regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo quo herodes ille maior cum christus natus nunciaretur/ expauit et tot infantes ut ad eum mors perueniret occidit: timendo magisque irascendo crudelior regnum (inquit) meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius. Venite ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo et nolite seuire metuendo etc. / Et super illud ps. 118. principes persequuti sunt me gratis continue. Idem augustinus. Quid n. christiani leserant regna terrena? nunquam eorum rex milites suos prohibuit impendere et exhibere que debetur regibus terre. Nonne de hoc sibi calumniam molientibus iudei ait. Reddite cesari que cesaris sunt et deo que dei sunt. Nonne tributum de ore piscis etiam ipse persoluit. Nonne precursor eius militibus regni huius quid facere deberent pro eterna salute: non ait cingulum soluite: arma projicite: regem vestrum deserite ut positis deo militare: sed ait neminem concutiatis: nulli calumniam feceritis sufficiat vobis stipendium vestrum. Nonne unus militum eius et dilectissimus comes eius commilitonibus suis et quoadmodum christi prouintialibus dixit: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et paulo post ait: reddite omnibus debita: cui tributum tributum. cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. non ne precepit ut pro ipsis et regibus oraret ecclesie. Quid ergo eos christiani offenderunt. Quod debitum non reddiderunt. In quo christiani non sunt terrenis regibus obsequuti. Ergo terreni reges christianos gratis persequuti sunt etc. / hec augustinus. Ecce qualiter sententiam fert augustinus contra ea que nostris temporibus per christianos circa infideles potissimum indianas nationes patrata sunt: de quibus nostris minime gloriabuntur

aug.

ᵻ quis eis regna celorum promiserit Rex eorum. Quid (inquit) leserant regna terrena

qz non gratis: sed meritissime si vires illis suppeterent eos per sequerentur. ¶ Chrisostomus quoque super predictum verbum: omnis anima etc. Homel. 23. huius rei (ait) plurimum et in aliis epistolis meminit quemadmodum famulos heris suis: ita et subditos principibus subiciens facit aut hoc ideo ut ostendat christum leges suas non ad hoc induxisse ut politias euertat: sed ut ad melius instituat et ut pariter doceat superflua et inutilia bella non esse suscipienda et infra: et non simpl[ici]t[e]r dicit obediat, sed subdita sit. Est aut prima constitutionis huius iustitia que et fidelibus cogitationibus ac membris satis et decora est et honesta: nimirum q[uod] a deo ordinata sint ista. Et longe inferius ait idem chrisostomus. Si n[am]. ista paulus tum cum gentiles ad huc essent principes precepit: multo magis oportet ea fidelibus exhibere. etc. hec chrisost[omu]s.

chrisost[omu]s.

¶ Confirmat premonstrata autoritas uniuersalis ecclesie que in festo epiphanie canit ex probando herodem regem inquiens. Hostis herodis impie christum uenire quid timet: non eripit mortalia qui regna dat celestia. ¶ Ecce q[uod] manifeste ostendit[2] autoritatibus et rationibus ultra plurima aliaque alibi plenius adduximus: legem christi non solum non tollere principibus infidelibus dignitates et regna uel iura sua regalia sed confirmare potius et stabilire. Quoniam contrarium esset respublicas et ordinem quem ipse cum patre et sp[irit]u sancto stabiliuit euertere. Quod s. thomas. sup[er] ad Corinth. c. 6. non siluit dicens: esse contra ius diuinum impedire subditos et christianos ne comparerant quotiens uocati fuerint coram principibus uel iudicibus infidelibus hec ille. ¶ Uerum si pre allegata non sufficiunt: sufficiat postremo decretum et declaratio ipsius apostolice sedis per papam Paulum 3m qui in bulla sua incipiente sublimis deus sic dilexit humanum genus. Ubi concludit decernendo et declarando indos nostros et omnes alias gentes ad notitiam christianorum in posterum deuenturas licet extra fidez christi existant sua tamen libertate ac rerum suarum dominio priuatos seu priuandos non esse: imo libertate et

e[st] q[uod] ius diuinu[m] impedire q[uod] subditi uocati cora[m] infideli rege co[m]pareat etsi subditi sint xpiani.

do

indiq3 indigone no sūt privati neq3 privadi domirio suarum rerum aut libertate eē.

dominio huiusmodi uti potiri et gaudere libere et licite posse: nec in servitutem redigi debere: ac quicquid secus fieri contigerit irritum et inane nullius roboris vel momenti ipsosq3 indos et alias gentes verbi dei predicatione et exemplo bone vite ad dictam fidem christi invitandos fore autoritate aplica p presentes decernimus et declaramus etc̄ / hec ibi patet ergo infideles iuste possidere regna et principatus et dominia et iurisdictiones non solum super subditos infideles. sed etiam super fideles si contingat iure aliquo vel aliqua ratione subditos esse illis. et per q̄ns reges vel principes infideles maxime fidem catholicam suscipientes: non amittunt regna principatus et iura regalia cetera /.

invitadi sunt ad fidem p̄ob[a] et exēpla /.

§. 7.

a lege ñali nullus alienꝰ bald9.

care. p. 2.ª quatuꝫ ad viꝫ directiuam rex subditus est suis legibus./

Consideratio .2ª. q̄ quilibet princeps de mundo papa imperator et Rex cum sit homo et sic aĩal rationale: nulla potestas vel autoritas spũalis vel temporalis potest principem eximere aut absoluere a lege ñali vel dictamine recte rationis vel legis eterne ut per docte inquit bal. in l. si aquam .6. et .7. colu. C. de seru. et aqua pluuia. allega. l. 2 ff. de vsufr. earum rerum. et innocen. in c. bone el. 2º. de postul. prela. ¶ Imnimo non solu legi nature et eterne princeps omnis subiectus est: verum etiaꝫ legibꝫ iustis suis quas ipē condidit q̄stum ad vim directiuam secundum iuditium dei et in foro conscientie. Cuius ratio est: quia cum leges iuste quas principes condunt in tantum iuste sint et per consequens vim habent obligandi in quatuꝫ a lege eterna et ñali seu diuina que á rationabili dei voluntate proficiscuntur tanq̄ȝ regulis omnium actuum humanorum regulantur et deriuari noscuntur quarum cuilibet necessario princeps omnis

subditꝰ

subditur et neutra est solutus relinquitur q quilibet princeps et papa legibus justis humanitus positis et quas ipse tulerit secundum Judicium Dei (cui cuius legibus scilicet naturali et eterna nullus homo est exclusus) sit subjectus: et vbicunqz legis ratio seu mens justum et rectum suaserit: eam seruare et non cotra eum facere teneatur. De quo s. Tho. 12e. q. 96. ar. 4. et q. 95. ar. 2. et 3. in corpore questionis. ¶ Est aut lex nalis in nobis quedam participatio legis eterne qui talem conceptionem hominibus reddidit qua dirigi possent ad conuenienter agendum in actionibus proprijs. lex vero eterna secundum augustinum libro. 1. de libe. arbi. summa ratio cui semper obtemperandum cuius rationobis impressa est in qzttum scilicet omnis cognitio veritatis e quedam irradiatio et participatio legis eterne que est veritas incomutabilis. ¶ Et in libro. 22. cotra faustum idem s. ait lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinem naturalem seruari iubens turbari vetans. Unde non minus proprie dicitur lex preceptum vel prohibitio ipsa cognitio agendorum vel non agendorum: q ipa veritas enuncians quid agendu vel non agendu. Unde Hugo de sancto Victore libro. 1. de sacramen. par. 6. c. 6. Quid cognitio faciendorum fuit nisi quedam ad cor hominis facta preceptio. Et quid rursus cognitio vitandorum: nisi prohibitio. ¶ Ex quo patet q non prolibito cuiuscunqz legis latoris lex aut constitutio consistit: sed in recta et regulata ratione. Et propterea Gratianus dixit: lex humana est quicquid ~~ratio~~ ratione consistit 1. dist. c. consuetudo. Et Bal. in c. 1. de constitu. ait q lex consistit in substantia rationis est comunis omnibus mundi hominibus ergo lex fundata in substantia rationis nalis comunis esse ~~apd~~ cunctis hominibus vbicunqz et quotienscunqz casus contingat in quo ratio talis legis occurrerit inde est q ratio legis semper magis debet attendi qs ipsa lex idest legis verba. l. 1. c. quesit long. congue. et l. cum muliere ff. solu. matri. Et ratio finalis et anima legis secundu Bal. in l. si quis serno. C. de fur. unde vbicunqz habet locum

Vbi ce tera sint paria

cuie elegater.

aug.

ratio

ratio legis habet locum ipsa lex. C. de interdi. l. 1. et si verba contradicant ff archidia et Gemini in c. ubi periculum de consti. lib. 6. l. scire opz. §. aliud ff. de excusa tuto et verba a sua significatione cadunt cum res aliter salva esse non pot. de qua agr. ff. de inutil stipula. §. quotiens et 2. q. 2. c. omnes et vide glo. in c. propterea de regul. Iur hec satis aperte fatetur imperator digna (inquit) vox est maiestate regnatis se legibus alligatus principem profiteri qz de iuris autoritate principis pendet auctas: et rebera maius imperio est submittere legibus principatus ut nihil sibi princeps licere opinetur: quod a iustitie equitate discondet hec ex illo juncta glo. C. de legib. l. digna vox. ¶ Patet igitur qualiter principes mundi etiam vicarius christi subiecti sunt rationibus legum suarum et eas tenentur observare. non quia leges sic dicunt: sed quia ratio sic vult. dicuntur tamen principes legis nexibus absoluti non quia eis iniqua liceant: sed quia ij esse debent qui non timore pene sed amore iustitie colant equitatem rei publice procurent utilitatem et in omnibus aliorum commoda private preferat voluntati secundum polycratum lib. 4. c. 2. dicuntur preterea principes supra leges etc. supra leges esse maxime papa et imperator in quantum eas ex rationabili et iusta causa non aut prolibito sue voluntatis possunt mutare et in eis pro loco et tempore quocumque casus rationabilis occurrerit cum aliis secumque rationabiliter dispensare ut in c. licet de gsto. lib. 6. et 1. q. 1. c. si ergo. sine causa aut legitima veniendo contra ius positivum non servando legem quam princeps tulit peccat eo genere pecti et inter dum gravius ratione scandali quo alij eas transgredientes. ut legi. et no. in c. que in ecclesiarum de constitu. Unde ex hoc suo quam conventiones et pacta qua quibuscumque cum subdito contrahit. ut in c. 1. de probatio. et ibi late per doctores. ¶ debet enim facere ut bonus pater familias: cum data fuerit ei potestas pascendi oves: non turbandi aut molestandi. Et debet procedere ex rectitudine iustitie et equitatis non ex affectione speciali ut nota in d. c. que in ecclesiarum. et in c. de multa. de preben. ¶ hec aut

semper

semper de principe presumendum est: nisi expresse appareat contrarium potissimum de christi sanctissimo Vicario. Princeps .n. cum sit custos iustitie non presumitur velle alicui ius detrahere. ff. de vulga. substi. l. ex facto. Et adducit Bal. in l. 2. C. de seruis. et quod semper habeat pro oculis rationem seque naturalem et a preceptis naturalis et eternis legis nullatenus declinare: atque actus omnes suos non tam a Justitia poliquam etiam fori regulare: patet per illud quod imperator protestatur in vsi feudo. titul. de pace tenen. inprim. per frede. Nos tam diuinas quam humanas leges in suo vigore manere cupientes: et omnibus personis ius suum conseruare volentes etc. et in. l. digna vox. C. de legi. et ipse summus presul fatetur nullam transgrediendi iura diuina et naturalia et etiam ordinationes apostolorum et dicta prophetarum habere potestatem: sed defendere illa vsque ad animam et sanguinem vt. 25. q. 1. c. sunt quidam vbi sic dicitur. Sciendum vero sumopere est quia inde nouas leges condere pot scilicet Romanus pontifex: Vnde euangeliste aliquid et prophete nequaquam dixerunt vbi vero aperte dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sententialiter aliter diffinierunt: ibi non nouam legem Romanus pontifex: sed potius quod predicatum est vsque ad animas et sanguinem confirmare debet. Si .n. quod docuerunt apostoli et prophete destruere (quod absit) niteretur: non sententiam dare sed magis errare conuinceretur sed hoc procul sit ab eis qui semper domini ecclesiam contra luporum insidias optime custodierunt. hec ibi. Et q. 2. c. amputato. Vbi Julius papa ita inquit. Amputato totius vsurpationis excessu: nullus presumat que sibi non videntur esse concessa: eaque sunt ab apostolis eorumque successoribus instituta nulla desidia negligantur: nulla dissensione violentur: nulla concertatione turbentur. hec ibi. ¶ Protestatur insuper summus pontifex sue intentionis nunquam esse aliquid providere aut mandare per suas literas per quod alicui preiuditium irrogetur. Vt in. c. licet. de offi. ordi. vbi sic dicitur quia tamen intentionis nostre nec fuit nec esse debuit iurisdictioni tue per mandatum huiusmodi derogare et in. c. super eo de offi. de lega. non tamen nostre intentionis dioces. archiep. preiudicium

non presumitur de principe quod ius suum velit violare.

nota da pontificias vba.

non dat literas pontifex per quas alicui preiudicium irrogetur.

generare

generare et in c. ex multiplici de decimis. Un̄ quia non fuit nostre intentionis per privilegium nostrum conventioni deroga re predicte et de rescrip. c. ad aures q̄ cum sic intentionis nr̄e (scilicet) vim concedere beneficium quod aliud non ledat vel gravet et in c. olim de consue. ibi sine pre judicio a lieno etc̄. 25. q. 2. c. de ecclesiasticis et in c. 1. de cau. et proprie. Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire. Sunt etiam alia innumera jura que ad probationem huiusmodi possunt adduci. Et ratio predictoꝝ est ne scilicet inde nascantur iniurie unde jura nascuntur. C. Un̄ vi. l. meminerint. Et de acusa. c. qualiter et qn̄ el. i. et c. peruenit 21. q. 1. et de rescrip. c. nulli. ¶ Ap paret igitur rectitudo intentionis et amor rectitudinis ser uandi et non ledendi justitiam divinam maxime et in n̄alez in prejudicium alicuius apostolici principis. Scit. n. melius ipse q̄ divina iustitia patrocinante: aliena jura et que unicuiqꝫ de jure n̄ali et divino competunt fixa et immutabilia esse oportet. Quia justicia divina necessaria est: ideo non potest infringi: nec distin gui prejudicialiter per jus positivum vel legem humanam. Ut in c. fi. de prescrip. Quia civilis quidem ratio civilia jura perimere pot n̄alia vero non utiqꝫ justi. de legi agna. tu. §. fi. et ff. de regu. jur. l. jura sanguinis. Nec contraria consuetudo hoc po terit. c. frustra 8. dist. et c. Raynutius de testa. Imo nul la lex pot tollere eaque continent equitatem n̄alez. ff. de ca pitis diminu. l. eas obligationes. Ratio. n. n̄alis continens jus necessarium in omnibus casibus idest non solum in generibus sin gulorum: sed in singulis generum non pot mutari ut notabiliter
baldꝯ. dixit Baldus in simili in c. fi. de prescrip. 3. col. allegat glo. in l. 2. ff. de usu fruc. earum rerum que usu consumuntur.
¶ 3ª. consideratio. q̄ causa finalis p̄fate institutionis concessionis aut donationis papalis regum nostrorum ad imperium illius orbis fuit n̄o q̄ p̄tenderet summus pontifex reges nostros hys paniarum principaliter ad maiorem statum sublimare aut dona re amplioribus divitijs seu locupletiores facere: sed causa omni no

no finalis fuit euangelij predicatio et fidei aut cultus diuini et religionis christiane dilatatio et habitatorum illius prefati orbis conuersio et salus et sic ab eorum profectum et favorem. hec siquidem intendit summus pontifex principaliter et finaliter: non aliquod comodum regum nostrorum vel aliquam eorum temporalem utilitatem: nisi longe deper accidens. Probatur tum. 1. quia nulla causa subfuit nec sub esse potuit de iure intromittendi se summum pontifex de temporalibus infidelium disponendis in terris et regnis proprijs tam remote ac sine alicuius preiudicio de ecclesia Vniuersali viventium: quorum noticia nobis aut nostra illis nunquam ante hac fuit audita nisi causa predicande fidei et salutis vie aperiende vniuersis gentibus illis. Hoc de se patet. cum notum sit apud theologos et et apud canonistas et doctos viros super cap. Nouit de iudi. et. c. per venerabilem: extra qui fil. sint legi non se intromittere vicarium christi. de temporalibus extra ecclesiam id est inter fideles nisi ex magna et ardua causa pro quo facit dictum Paul de castro in consil. 281. incipien. in christi nomine. in penul. colu. parte Vbi ait quod papa non potest alicui laico sibi non subiecto temporaliter aliquomodo et cum causa per suum rescriptum auferre dominium rei sue quia cum iste sit actus iurisdictionalis vt no. in l. final. C. si contra ius et vtil pub. iurisdictio non pot. exerceri in non subditos. argu. c. per venerabilem. qui fi. si legi. hec ex illo: vide feli in c. Que in ecclesiarum 10. colu in 3. declaratione de constitu. vbi late tractat hac materiam: sed verissimum est quod cum causa potest. ergo longe minus extra ecclesiam idest de bonis temporalibus infidelium. quia nihil ad eum de hiis qui foris sunt iudicare. 1. ad corinth. 5. ¶ tum 2. probatur ex verbis ipsius Romani pontificis expressis in literis concessionis seu institutionis prefate vbi sic ait. Cupientes vt ipsum nomen salvatoris nostri in partibus illis inducatur. hortamur vos quam plurimum in domino pro sacri lauacri susceptionem qua mandatis apostolicis obligati estis et viscera misericordie domini nostri Iesu christi attente requirimus: vt cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi et sumere pronamente orthodoxe fidei zelo intendatis: po

pulos

euangelij predicatio fuit causa donationis.

circa fideles non se intromittit papa in temporalibus nisi ex magna causa.

actus iurisdictionis non pot exercere in non subditum.

Verba pontificis.

pulos in huiusmodi insulis et terris degentes ad christianam religionem suscipiendum inducere velitis et debeatis etc. Et sepe ostendit hoc summus pontifex in eisdem apostolicis literis videlicet concedere superioritatem orbis illius pp fidem predicandam et conuersionem incolarum eius tanquam pp causam finalem alias certe non concessurus vt plenissime probauimus in nostro tractatu comprobatorio de Jure regio in fine probationis prime conclusionis ergo non vt Reges nros sublimaret ad altiorem statum aut reddere locupletiores principaliter: sed principaliter et finaliter propter fidei et cultus diuini ampliationem illarumque gentium conuersionem et sic ob eorum effectum et fauorem. hoc etiam prouabimus late in prima propositione tractatus nostri cui titulus est de bello Xalisqmino etc.

§. 8.

EX his oritur alia et sit quarta consideratio videlicet summum pontificem persepe nominatam institutionem de regibus nostris ad dicti orbis superioritatem non intellexisse priuare reges vel dominos naturales prefati orbis suis dominicijs et regalibus dignitatibus et Jurisdictionibus: aut aliquid aliud regibus nris concedere aut licentiam dare quod facerent vel omitterent: per quod fidei predicatio impediretur aut conuersio predictarum gentium vel omnino frustraretur vel etiam retardaretur. Probatur primum multipliciter: tum primo quia scit melius Romanus pontifex quod sine causa vera discussa et necessaria non pot tollere ea que sunt Juris naturalis et gentium: maxime confirmata per Jus diuinum veteris et novi testamenti quemadmodum sunt ista vt apparet ex dictis. Causa aut predicande fidei et conuersionis animarum non est causa sufficiens vera discussa vel necessaria cum sine tali priuatione fides predicari possit et conuersio animarum haberi quin potius econtra causa efficacissima et vniuersum mundum turbandi concitandi atque

nō fuit ī lectio pape a regibus et regulis noui orbis aliquid auferre sui dnij aut jurisdictionis.

ī quae sine causa discussa et necessaria nō pot tollere q sūt juris naturalis et gentium.

causa euangelij pdicādi nō est causa ad tollendum dnia a veris regibus sed potius ob id impediretur.

infidelium aduersus nos: quibus materiam et causam justam dare mus ~~nos~~ bello nos impetendi metu justo amissionis honorum di gnitatum honorum dominorum et jurisdictionum suarum: doctri nam quoque christi et religionem christianam: latoremque legis euangelice legis inquam immaculatam conuertentis animas (idest) iesum christum tanquam iniquum et injustum inquam et injustam blasphemandi et odiendi: et per consequens modis omni bus ab illius legis et religionis susceptione se retraherent vel si jam per violentiam a nobis prostrati et victi (quod facile nobis saltem quo ad indianas nationes est) ostenderent se velle fidem aut fidei sacra mentum suscipere: proculdubio ficte aut dirisorie vilipendendoque talem rem reciperent. Hec siquidem necessario ventura esse si nouerint infideles quod de jure vel de facto priuandi sunt bonis et dignitatibus ac dominijs suis prudens non erit sed inexpertus est qui non fateatur. Sed hoc esset frustrari et destruere prefatum finem quem deus intendit et quem vicarius ipse dei pretendere in apostolicis literis testatur: et per consequens sine causa justa discussa et necessaria ordini naturali quem lex eterna seruari et turbari vetat: et tandem his que naturalis et diuini juris sunt contrarie (quod longe a christi vicario alienum est) cum non receperit potestatem in destructionem sed in ec clesie edificationem: agam (inquit) apostolus secundum potestatem quam dedit nobis dominus in edificationem et non in destructionem 2 ad Corinth. 10. Ubi sanctus Thomas exponit dedit inquam mihi dominus potestatem hanc specialem ad conuertendum gentes in edifi cationem scilicet ecclesie: et non in destructionem: sicut faciunt pseudo abutentes potestate eis data in contrarium eius ad quod data est hec s. Tho mas et in c. ultimo eiusdem epistole. Non possumus aliquid contra verita tem sed pro veritate. Ubi etiam s. Tho. Deus autem dedit mihi hanc potestatem scilicet ligandi atque soluendi in edificationem non in destru ctionem scilicet ut vos edificemini et non ut destruamini hec s. Tho. s. Tho.

Ergo summus pontifex persepe dictam de rebus nostris institutionem non intellexit priuare reges et dominos naturales illius indiarum orbis suis dominijs statibus regalibus vel honoribus dignitatibus aut jurisdictionibus. ¶ Tum 2o. quia si priuasse illos intelligeretur eiusmodi reges suis dominijs etc. per dictam institutionem cum non subfuerit legitima causa reuera

potestate

papa nō intēdit priuarendi orbis reges suis dnijs et si intēderet esset in destructionem et nō ad edifica tionem /.

potestate quam recepit ad edificationem abuteretur ecclesie des
destructionem et diceretur agere ad uersus veritatem cum fides p
hoc diffamaretur et conuersio infidelium impediretur: quod ne
fas est vt jam diximus. ¶ Item 3.º quoniam sedes apostolica per
leges vel constitutiones vel donationes suas: non consueuit tollere absqz
legitima causa ea que Juris sunt naturalis vel gentium aut diuinj
quin potius ea vsqz ad animam et sanguinem seruare inuiolabiliter
protestatur vt probatum est. ¶ Item 4.º: per ea que comuniter omnes
canoniste determinant in c. Que in ecclesiarum de consti scilicet
papam non posse priuare infideles suis dominijs et Jurisdictio

Innocēti9 papa nō pot priuare infi deles suis dnijs

nibus quemadmodum nec christianos. Et signanter Innocentius
in c. quod super his deuoto quam sententiam tenent etiam theologi
studiosiores juris naturalis et alibi latissime scripsimus. ¶ Item 5.º per

Dominic9.

id quod ait dominicus de sancto geminia. consilio .11.º videlicet qq̄n

qd papa cōcedit sep ītelligitur id esse sine p iuditio juris alieni

cunqz papa concedit aliquod ius de nouo: non intelligitur velle tollere
Jus quod ante alius tertius habebat. Quia semper intelligitur concedere
sine pre judicio juris alieni. Vt in c. super eo de offi. delega et de
rescrip. c. Quamuis et c. si pp tua debita lib. 6. et quod plus (in
quit) est etiam si apponat verba se referentia ad vicium de prete
rito dicendo qd possit obijci vicium precedens. Quia per hec verba
generalia non est intentio papa auferre Jus alteri quesitum in re vel
ad rem nisi hoc specifice dicat. d. c. quamuis et de consuetu. c. cum
olim hec dominicus. ¶ Et propterea non obstant verba decreti apl̄ici
pre memorate institutionis vbi absolute dicitur sic. Cum omnibus

Declarat9 pba bulle

illarum scilicet insularum et terre firme dnijs / ciuitatibus / castris /
locis / et villis juribusqz est Jurisdictionibus ac pertinentijs vniuer
sis vobis heredibusqz et successoribus vestris castelle et legionis regi
bus in perpetuum tenore presentium Donamus concedimus etc̄ /.

ex quibus videtur priuasse prefatos reges aut dominos etc̄. Sed non est
verum per supra dicta et dicenda. Quia dicta institutio vel donatio
seu concessio vel quocunqz modo vel nomine censeatur si saluari
habet vt non sit in Justa: intelligitur quantum ad superioritatem siue
dominium jurisdictionemqz suppremam et vniuersalem super totum

illum

villum orbem velut imperatoriam dignitatem quemadmodum antiquitus imperator multis regibus: et tamen reges dignitatibus et dominijs ac jurisdictionibus proprijs libere gaudebant et potiebantur quicquid juste acquisierat alias imperator n. habebat dominium et universalem sive suppremam jurisdictionem in toto imperio et veluti mediatum cum aliqua restrictione jurisdictionis

quatenus ad imperatoriam dignitatem intelligit donatio cum qua stat jurisdictio et legitimum dominium regum et regulorum /.

Ut credendum e. vel obedientia vel servitio aut tributo in signum utis dominij argu. in c. tua nobis. ex. de deci. Huiusaut vestigium apparet in regibus herodibus qui tempore christi erant in Hierusalem subjecti Romano imperatori. l. 1. et 3. Math. 2. et Marc. 6. et in alijs locis. Item patet in historijs prophanis. legitur etiam in legenda decem millium martirum quod imperatores Adrianus et Antonius audito quod christiani essent: scripserunt quinque regibus videlicet sapori. Adriano. Maximo. Tyberiano et alij maximo ut adse venirent et quicquid de huiusmodi hominibus agendum esset consulerent. Illi vero exercitu congregato ad imperatores venerunt etc. / Sunt namque compatibiles jurisdictiones hec atque dominia. suppreme scilicet sive universalis et inferiorum immediata ex eo quod sint diversarum specierum vel quod differant specie. Et sic non repugnat quod due persone concurrant simul et semel in dominio vel jurisdictione unius rei. Una quidem in universitate totius: alia vero in singularibus rebus. Textus est secundum juristas in l. 1. §. per hanc. el. 2. ff. de rei vendi. Ubi grex in universo pot esse in dominio directo alicuius: et tamen singularia capita illius gregis sint in dominio directo alterius. et per illum textum determinat Bartholus quod imperator dicebatur esse dominus mundi quando erant reges ei subjecti. et sic intelligit l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de jactu et l. bene a zenone. C. de quadrie prescrip. Tamen dominia et jurisdictiones regum singulorum et res alie particularium apud proprios dominos manebat que acquisierunt juste. Idem tenet Bartho. in extravagan. ad reprimendum in verbo: totius orbis: et in principio ff. veteris. et angelus. et Joa. de Imol. in l. si heredes servus. ff. de lega. 1. et alexan. in l. 1. C. Unde legi et sic limitatur. l. possideri. §. ex contrario. ff. de acqui. posses et l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff.

compatibiles jurisdictiones suprema et inferiorum immediata /.

barthol9.

agel9 Joan. de Imola.

com

commodati que dicunt quod due persone non possunt esse dominij unius rei in solidum. Que verum habent si Ambo essent in particulari simul. vel in universali simul hoc est in una et cadem specie dominij. tamen si alter sic dominus universalis vel in universali: alter vero particularis vel in particulari et sic in diversis speciebus: bene compatitur: sicut patet in .l.i. §. per hanc. ff. de rei vend.

in d(iversi)s speciebus stant duo habere d(omi)nium unius rei.

§. 9.

Compatibilia sunt d(omi)nia regum nostrorum in illo orbe cum dominio regum n(atur)alium illius orbis.

C Per hunc igitur modum compatibilia sunt Jurisdictiones et dominia regum nostrorum hispaniarum et regum n(atur)alium Illius orbis regum et singulorum. Quia Reges nostri habent suppremum dominium et similem imperatorie Jurisdictionem universalem ceteri aut(em) reges et domini naturales singuli in regno vel regnis et dominijs suis: habitatorum singuli in rebus proprijs per respectum ad universalem tenent inferiorem jurisdictionem et dominium immediatum absque eo quod ad invicem tot dominia repugnent. C Exemplum huius impromptu est: quod rex quilibet in suo regno habet dominium et jurisdictionem in qualibet re scilicet ad regulandum et protegendum eam. Dux vel comes dominium et jurisdictionem obtinet inferiorem. Agricola vero si possidet civiliter et n(atur)aliter dominium habet directum: et utile. Si aut(em) civiliter tantum et alius naturaliter ille habet directum. Emphiteota vel usufructuarius sive feudatarius habet duntaxat utile. Unde sunt plura dominia circa eandem rem: nec tamen sibi invicem repugnantia quoniam diversarum specierum sunt. Ut ex dictis apparet et si vis occurre ad ea que Juriste notant. d. l. possideri. §. ex contrario. C De huiusmodi ergo suprema et u(niversa)li jurisdictionem et dominio Intellexit summus pontifex in prefactis verbis cum dixit cum omnibus illarum dominijs et Jurisdictionibus etc. Hanc siquidem concessit regibus nostris n(atur)alibus

plura d(omi)nia circa cadem rem non tamen sibi repugnantia.

V(er)ba bulle alex. 6. cum illarum d(omi)nijs intelligenda e(ss)e quoad ad jurisdictionem universalem in fidei favorem.

aut

aut regibus et dominis et singularibus et personis reliquit et confirmavit eaque ad eos pertinebant Iure gentium et n[atur]ali: licet aliqualiter diminutam et restrictam iurisdictionem inq[ua]ntum recognoscere habebant reges nostros in dominos superiores et universales. Et sic non tam liberi remanent sicut ante et hoc potuit fieri in fidei favorem non alia de causa prout supra et probatum. Unde res tringenda est illa clausula et moderanda scilicet cum omnibus illorum dominiis et Iurisdictionibus etc. Intelligenda inquam et declaranda ad finem et limites rationis naturalis et ne fiant in Iuriae vel Iurium illarum gentium et naturali: ut secum ad illas pertineant Iure gentium et n[atur]ali ut sepe dictum est. ne inde nascantur in Iuriae unde iura nascuntur ut. l. meminerint. C. unde vi. et in. l. omnium. c. de testamentis. et non debemus id facere: a quo tenemur alium prohibere: et quinos tenetur defendere: non debet quos pugnare. Ut in. c. Unico ex[tra]. de natis ex libe. ven. et. ff. si ser ven. l. altius huic est q[uod] rescripta et quicquid aliud a sede apostolica emanat: semper est interpretandum ne aliquis exinde saltem graviter vel enormiter ledatur ut in. c. super eo de offi. delega. Ut supra. §. 7. late ostensum est. facit cap[itulum]. Ecce. 99. dist et. c. cum olim de consite. et. c. Emancipia l. nec auus. Et ratio secundum bal. in. d. c. cum olim. Quia concessio ex qua sequitur aliquid absurdum d[icitu]r concessio captiosa. ff. de transat. l. cum aquilia. et. ff. de heredi: insti. l. illa institutio et l. ille aut. Et ideo papa non concedit literas cum pre Iuditio alieno preterea nihil fieri debet ad emulationem. ff. de operi. publi. l. opus et privilegium unius non debet usurpare Ius alterius. ff. de vulga susti. l. ex facto. Nec n[atur]ales facultatem impedire. ff. de oper. liberto. l. libertas negotiatori. hec baldus. Item privilegia et concessiones intelliguntur fieri sine alterius in Iuria. l. 2. §. si quis a principe. et §. merito. ff. ne quid in loco publi. et l. si deam. C. de statu et imagi. l. cu[m] filius. ff. de mili testa. Rursus aliorum honores non debent aliis nocere. C. de statua. et imagini. l. fi. Iniquum. n. est aliquid ab uno in Iuste auferre ut detur alteri. c. non est. 1. q. 1. et baldus ait q[uod] papa non vult alicui suum detrahi ut. l. 2. ff. q[ui] sunt sui vel alie Iur. Et ideo verba rescripti recipiunt limitationem

niure

[Margin: ex hoc et op[or]z ad vertere interpretandam esse donationem factam a novo rege philippo maz[ol]joni del valle q[uam] dat dominium moll[endinorum] fluviorum pascuorum etc. / ut intelligatur manere d[omi]no legitimo Iure gentium et n[atur]ali apud veros d[omi]nos et apud p[ro]p[rie]tarios/.]

[Margin: honores aliorum n[on] debet aliis nocere]

a iure comuni: et omnes clausule apposite in rescriptis restrin
guntur ad inter litigantes. Et licet in literis sit remota appella
tione tamen potest apellare omnes quorum interest preterea posset
se opponere omnes quos negocium tangit: licet non fiat mentio de
illis secundum bernardum argu. in l. 1. ff. quibus rebus ad eundem
iudi. ea unde quamvis papa non excetauerit aut expreserit quod non
erat intentionis sue iuribus regum naturalium et singulorum
personarum derogare aut preiudicium per talia verba generare:
intelligitur tamen ac si expressis verbis declarasset quoniam que insunt
et si non dicantur expressa et dicta non immutant vel addunt
C. de fidei iusso et manda. l. 3. in fi. ff. de condi et demonstra. l.
conditiones extrinsecus et ff. de lega. 1. l. 3. videatur Andre de Iser.
de prohibi. feu. alie. §. preterea. inter duos fratres. per frede. 7. colu.
in prin. ¶ Adhuc generale est quod forma rescripti non est semper ser
vanda secundum Bernardum videlicet quando lederetur ius tertii qui
non est nominatus in rescripto quod est mente tenendum. hec
omnia baldus in d. c. super eo. ¶ Ad hoc habemus unam legem
per magnum Gregorium canonizatam que habetur C. de preci.
impera. offeren. inter sacros canones registratum. 25. q. 2. c. im
periali. Ubi habetur quod rescripta contra ius elicita omnibus iudicibus
precipimus refutari: nisi forte sit aliquid quod non ledat alium
et prosit petenti vel crimen supplicantibus indulgeat hec ibi. Ubi
etiam est bona glosa. ¶ Ex quibus apparet non esse principis intentio
nis potissimum summi principis vicarii ecclesie pape per sua rescripta nec
per suas gratias et donationes preiudicare aut tollere ius alterius et
longe minus honorem dignitates statusque regales pertinentes ad
proprios et veros reges et dominos: sine magna et ardua discusa
et legitima et necessaria causa et propterea semper provisiones / conce
ssiones / gratie et cetera huiusmodi restringenda sunt limitanda,
et interpretanda taliter: quod non ledatur enormiter vel auferatur
ius alterius: aut preiudicium magnum eisdem generetur ut satis
evidenter ostensum est. ¶ Cum igitur ad promulgatio
nem evangelii christi per totum illum orbem et ecclesie dilatationes
atque

Marginal notes:
quod insunt et si non dicantur expressa non immutant etc.
rescripta quando pres sunt refutanda.
non est intentio pape tollere a regibus indiarum et dominis sua regna et dominia etc.

atq3 gentium illarum conuersionem et salutem: sufficiat inclitos reges nr̃os catholicos hispaniarum fore in toto illo indiarum orbe summos principes fastigium habentes suppreme jurisdictionis / potestatis et dominij / et quasi imperatoriam dignitatem et authoritatem super omnes reges principes et dominos / nec non et super omnes reges principes et dominos nec non et super vniuersas nationes habitatrices orbis prefati remanentibus ipis cum suis dominijs iurisdictionibus honoribus et statibus regalibus: nisi quantum opus fuerit jurisdictio eorum restringi ad profectum fidei et communem vtilitatem et non amplius qm̃a tunc cessaret restringendi causa: q si contrarium diceretur et forte acideret (scilicet) q prefatam institutionem de regibus nostris et suppremũ eorum principatum iurisdictionem vtesz et dominium altum: principes et domini naturales intelligeretur remansisse ipso facto suis dominijs / dignitatibus et jurisdictionibus prorsus spoliati: manifestum et grauissimo et enormissimo ac proinde intolerabili prejudicio et damno gravari: et per q̃ns q maximum scandalum apud vniuersas gentes et pplos illos oriturum infamia / et horror atq3 detestatio adversus fidem et religionem xp̃ianam (vt predictum est) in mentibus eorum generabitur ergo necessario dicta institutio concessio vel donatio et litere aplice siue decretum papale super his emanata debent intelligi / interpretari et declarari: q reges et principes totius illius orbis suis dignitatibus / dominijs et jurisdictionibus regalibusq3 statibus et pristinis honoribus et post dictam institutionem vti et potiri semper libere juxta predicta gaudere habeant sicut ante et si papa in literis suis de hoc nullam mentionem faciat.

[Margin: solus p papa datus vt totius regni et aliorum regulorum potestas restringatur quatenus no sit fidei impedimentum /.]

[Margin: sicut de facto ortum e /.]

[Margin: ita sunt veri dnj post concessionem sicut erat ante et si papa no exprimat in literis /.]

¶ Alias sequeretur multas et magnas et horribiles absurditates inconuenientia et inhumanitates. Et prima erit quod ad bonum et vtilitatem illarum gentium prouissum et constitutum est tanq3 pp fidem verteretur eis in ruinam et in destructionem: contra illud. ~~Quod in fauorem alicuius est introductum non~~ Quod fauore aliquorum est introductum: non debet in eorum odium retorqueri / quod fauore. C. de legibus et ff. eo titul. nulla juris ratio aut equitatis patitur: vt que salubriter pro vtilitate hoium introducunt:

[Margin: quod in fauore alicuius e introductum no debet in odium torqueri]

eanos

ea nos duriore interpretatione contra commodum ipsorum pro

arg. ab absurdo vitando est validus in iure. ducamus ad severitatem hec ibi. ¶ Argumentum namque ab absurdo vitando vel avitatione absurditatis et inconvenientis, scandali magni et in iustitie aut in humanitatis: cum sumatur a

baldus. discretione naturali secundum Baldum in consilio. 29. 3° volumnis. in penul. colu et in. l. pomponius. 2. et. 3. colu. ff. de nego. gesti. et in aut de novo iure. in fi. C. de epis. et cleri. ubi dicit: hic modus arguendi avitatione seu sequela absurditatis est multum utilis et cetera. hec ille. ¶ Magna immo maxima esset absurditas profecto: quod religio christiana odio et horrori sit infidelibus et apud illos de in iustitia et iniquitate infametur: qui blande dulciter atque mansuete nec non donando potius eis nostra, quam sua eis auferando invitandi et trahendi sunt ad fidem. A qua tamen suscipienda se retracturos tamquam a dogmate aut lege irrationabili crudeli in humana hominum deceptiva rationi naturali contraria et ideo prorsus iniqua. Quod quidem redundare in blasphemiam ignominiosam nominis christi nemo sane mentis inficias ibit. Committeretur etiam magna iniuria spoliando innocentes sine culpa et sine causa necessaria et legitima bonis et dignitatibus suisque iuste possident autoritate et iuris gentium et confirmata per divinum. et tunc non procederet Romanus pontifex tamquam Deus qui est veritas: sed esset nullum de iure quicquid contra fieret. Quod magnum inconveniens esse quis non videt. Cum non deceat vicarium christi eaque semel decreuit: irrita esse nec de iure posse subsistere.

baldus. ¶ Dicit. n. baldus in libro feudorum de pace constantie. §. in nomine christi quod ad esse exercitii huius iuris dictionis supreme in papa circa statum temporalium papa debet procedere tamquam Deus qui est veritas unde requiritur causa. Ergo non

causa requisita tamquam fundamentum iuris dictionis. existente causa cessat iurisdictio. Immo quando causa requiritur tamquam fundamentum iurisdictionis oportet causa in esse et verum et discussam esse alias iudicium est nullum ipso iure. Et est doctrina innocentii: extra de foro competente. c. cum sit generale. et. c. 1. de foro. compe. libro. 6. in novel et c. e res

cripti

cripti. c. super literis per Innocen. de offi. delega. c. cum super
abbatia. hec baldus in forma. Sed hoc esset absurdissimum in
summo sanctissimo christi vicario. q. vitandum est omnino
¶ Preterea sequeretur alia non dissimulanda absurditas scilicet
quia preberetur infidelibus aduersus nos causa iustissimi belli tamquam
contra hostes publicos et omnium malorum et calamitatum
que ex bellis sequuntur: ~~et teneremur~~ ad omnimodam restitutionem
preter grauissima peccata que committeremus ergo ad euitan
da tot absurda et inconuenientia iniusta et contraria rationi
naturali et iuri diuino: fatendum est omnino summum xpi
vicarium in predictis apostolicis literis et decreto prefate institu
tionis concessionis siue donationis ad reges nostros catholicos per
eandem institutionem concessionem etc. Priuare Reges et domi
nos naturales illius orbis suis regalibus dignitatibus dominijs et iuris
dictionibus ceterosque singulos habitatores dominio rerum suarum
nullatenus intellexisse et de hoc que dicta sunt sufficiat /.

daretur infidelibus causa iusti belli contra nos tanquam contra hostes publicos

§. 10.

Quinta Consideratio Reges nostri hispaniarum necessitate
precepti atque proinde necessitate salutis tenentur tam ingressum
suum primum seu nunciorum suorum in illas indianas partes
et orbem: quam cetera omnia que sibi agenda forent circa gentes
prefatas ita demum ordinare moderare atque disponere: quatenus
fini prefato quem deus et eius vicarius intendunt scilicet pre
dicationi euangelij et fidei dilatationi et cultus diuini planta
tioni et animarum conuersioni et saluti conducant siue conue
niant. Et per consequens omnia illa obligantur naturali et
diuina lege vitare ac precauere: que finem prenotatum pote
runt totaliter impedire aut quoquo modo retardare: aut conse
quutionem illius facere difficilem. ¶ Prima pars probatur sic. Cuicumque
necessario incumbit aliquid perficere quod ad aliud ordinatur
sicut medium in finem hoc tenetur imprimis attendere vt opus
suum idest medium sic congruum fini. Sicut faber sic facit gla
dium vt pugne conueniat: et edificator sic domum disponit
vt ad habitandum sit apta. Sed aduentus applicatio et ingressus

Rex hispanie tenetur vitare in nouo orbe omnia que impediunt euangelii predicationem vel que difficilem faciunt /.

in illas

in illas partes Regum nostrorum vel nunciorum suorum: re
gimen quoque seu gubernatio quam posituri sunt et totale offi
cium siue jurisdictio vel potestas noviter sibi collata assumunt
et media conducentia et juuantia ad consequutionem prefati finis
ut ex dictis haberi potest quoniam habent congruere seu conuenire et pa
trocinari prefato fini et taliter conducere atque juuare ut obtine
atur finis. Patet gratia: quia secundum Phm. 2. Phisico omnium
ordinandorum ad finem gubernationis et ordinis legis rationes /
et regulas ex fine sumi necesse est: sicut ratio dispositionis
serre sumitur ex sectione que est finis eius. Cum in legibus hu
manis habetur quod actus ordinatus et determinatus ad aliquem
finem debet illum finem adipisci ff. simil. herciscus. l. si filia
§. Item scribit. C. ad sell. l. penul. insti. de hoc bal. quibus
modis feu. amitta. c. i. nu. 5. Tunc n. vnaquaque res optime
disponitur: cum ad suum finem conuenienter ordinatur et deduci
tur. Unde vnumquodque quod est propter finem: oportet quod sit fini pro
portionatum: quatenus juuet ad consequutionem finis sic igitur Re
ges nostri Hyspaniarum tunc aduentum applicationem / seu in
gressum suum vel nunciorum suorum in et ad partes illas india
rum occidentalium et meridionalium: regimen quoque seu gu
bernationem jurisdictionem totumque officium regale bene ac
conuenienter disponent: quando in his omnibus exercendis ju
ris naturalis ordinem ad vnguem inuiolabiliterque seruabunt. Est n.
ordo quem seruare quilibet tenetur modus cuiuscunque rei agende.
Vel secundum Baldum in prohemio. ff. ∴ in principio. Est
principia mediis et media suis finibus jungens: quo pretermisso
nihil geritur rite. ff. de regul. jur. l. sicut nulla. C. de sen.
et interlo. l. probatam. et de rescrip. c. cum dilecta de restitu.
spol. c. pisanis. Est autem duplex ordo: quidam inductus jure
ciuili seu positiuo. et illius defectus non habet viciare actum vel
processum coram principe / quia legibus non ligatur cum sit supra
legem. l. digna voc. C. de legib. et. l. princeps. ff. eo et. c. pro
posuit de conces. prebe. Quidam vero est ordo juris fundatus super
jure naturali ut quod sententia feratur parte vocata: etsi ille ordo pre
ter mittitur: sententia ~~feratur~~ non valet ut in clemen. pasto

ralis

Ora notanda maxime a consiliariis regis qui mundi nouum gubernat

Ordo fundatus in jure nature pretermissus irritat sententias.

lis. de re Judi. de quo vide panor. in c. in causis. de re Judi. et Angel.
in d. l. princeps. et omnes in d. clemen. pastoralis. ¶ Quando
iste ordo pretermittitur datur facultas a jure cuilibet se defende
di etiam etiam contra fiscum tam defensione civili et nunciis prin
cipis absque prius facta fide per literas quibus innotescat omnibus
quorum interest de justitia. valentibus aliorum bona capere e-
tiam que deferuntur ad fiscum quilibet cuius interest pot de facto
resistere: et in penam non seruati ordinis juris amissio cause
ipsi fisco et infertur. vt in l. prohibitum. et l. justas et l. de
fensionis facultas. C. de jure fis. lib. 10. Et hoc merito quia nihil
in ordinatum placet juri. vt no. bal. in c. dilecti. el. 3. de
appel. et re. assumitur per alios in c. Romana. eo titul. lib. 6.
Et ob hoc plus dicitur quod commissio facta a papa contra Jurisordi
nem inter non subditos vel inter laicos vel forte contra laicos in
patrimonialibus non valet. Notat hoc Joãnes de imol. in d. cle
me. pastoralis. Nec pot tollere ordinem iuditiarium quo ad forum
laicorum. no. glo. in clemen. dispendiosam de Judi. et optimum
argu. quod qui malo ordine intrat pretermisso aliquo quod facere
debuit: puta si consul intret consulatum pretermisso juramento.
de quo in c. consules de pace consta. in lib. feudo. inde est extra
mittendus et puniendus et vt in l. 1. §. necessario. ff. si mu
lier. ven. n. et in libro feu. de milite vasal. qui contumax est. c. 1.
§. si vero. Vbi dr quod malo ordine factum debet reformari etc.
¶ Est aut ordo fundatus in lege nãli et diuina qui necessario ser
uari debet in negocio isto vt primus ingressus noster sit pacifi
cus et justus progressus. vt infra patebit. ¶ Seruando itaque reges
nostri ordinem predictum fundatum super jure naturali ad quod
seruandum precepto diuine legis obligatur et nãlis. necessario inde
prouenit intelligi. media congrua proportionata et debita tali
fini adhibuisse ac per quos ppli et gentes habita orbis
eius ce modi ad audiendum euangelii promulgationem et sus
cipiendam fidem et christianos et religiosos mores imitandum
~~euangelii~~ efficaciter probocabuntur: et ita merito tunc conue
nienter deduci ad finem suum dicentur. ¶ 2ª. pars huius §.
considerationis que est sequela ex prima videlicet quod reges nri
Vitare teneantur lege naturali et diuina vniuersa que possunt

impedire

quando ordo juris nãlis nõ seruatur. s. vt se tertia feratur pte vocata datur cuilibet facultas se defendendi.

nihil in ordinatum placet juri.

ops de jure nãe vt ingressus primo in nouo orbe sit pacificus.

quoquo modo retardare aut difficilem facere consequutionem prefati finis probatur. i. quoniam omne illud quod actionem inconuenientem reddit fini quem deus vel natura ex opere aliquo intendunt contra legem nature vel diuinam esse dicitur. Verum si in aduentu et applicatione siue ingressu primo regum nostrorum vel nunciorum suorum in illas indianas regiones et orbem. siue in progressu idest in regimine siue guberna- tione aut in aliquo alio eorum que necessario agenda incumbunt in illis regibus nostris circa illas indorum nationes: contingat esse aliquam inordinationem in iustitiam scandalum vel aliquid aliud opus indebitum et non secundum rationem aut contra ordinem iuris factum: quod de se natum sit de fide aut christiana religione infidelibus eiusmodi sinistram vel prauam opinionem generare: atque causam fore vt ingentem christianam christi nomen profitentem capitali odio rationabiliter mo- ueantur: redderent actiones regum nostrorum et ea que circa gentes illas necessario eis agenda incumbunt inconuenientia fini et improportionata quem deus intendit et et ipsa ratio naturalis dictat scilicet predicationem euangelii et conuersionem gentium ipsarum nec non quietem et pacem temporalem atque omnimodam vtilitatem immo salutem earum. quod Reges nostri naturali et diuina lege tenentur vitare ac precauere in iustitiam omnem scandalum inordinationem grauamina et cetera omnia que nata de se erunt turbare gentes illas omneque scandalum generare in super prauam opinionem et fide et religione christiana vel etiam de christianorum moribus male sentire: quod totum in offendiculum euangelii cedet atque in ignominiam nominis christi proculdubio redundabit: et per consequens consequutionem finis prefati non solum retardare vel difficilem facere sed impedire totaliter quis precor vnquam dubitabit. Minor de se patet. ¶ Maior vero est Sancti Thome in 4. sen. distin. 33. q. 1. ar. 1. in corpore et ar. 3. in corpo. Vbi dicit quod illa actio dicitur esse contra legem nature: que non est conueniens fini debito: siue quia de se est improportionata fini illi: vel quia omnino impedit

ad infidelium conuersionem impedimentum vnum et potissimum est reges regulos et alios nobiles omni sua iurisdictione et dominatione spoliare et tributarios facere, quod omnia communiter facta sunt et fiunt ab hispanis.

S. Tho

impedit finem vel facit difficilem aut minus decentem peruentionem ad finem. Et si actio sit inconueniens fini quasi omnino prohibens finem principalem directe per legem nat̃ prohibetur ~~secundis~~ primis preceptis legis nat̃: que sunt in operabilibus sicut sunt comunes conceptiones in speculatiuis. Si aut faciens difficilem vel minus congruam peruentionem ad finem ipsum prohibetur secundis preceptis legis nat̃ que ex primis deriuatur / sicut conclusiones in speculatiuis ex principijs per se notis fidem habent. Et sic dicta actio contra legem nat̃ esse d̃r. hec. s. Thomas. ¶ g̃ria probatur: quia reges nostri astricti sunt seruare precepta prima et secunda potissimum negatiua legis nat̃ atq3 diuine alias peccarent mortaliter. Prohibentur namq3 preceptis negatiuis (vt probatum est) impedire directe finem aut reddere difficilem finis adeptionem quem deus vel nã ex opere regum nostrorum elicere intendunt. Predicationem scilicet fidei modo quo secundum formam a christo statutam fieri debet: conuersiones in terris et maribus illis degentium et omnimodam earum vtilitatem non solum sp̃ualem sed temporalem cum ab earum gratiam comodum et fauorem talis concessio siue institutio introducta fuerit prout in 3ª: consideratione probatum est ergo reges nostri naturali legi atq3 diuina tenentur vitare ac precauere tam in applicatione et ingressu terras illas q3 in progressu omnem turbationem scandalum in iustitiam etcẽ. Et omne id quo impediri vel retardari aut difficilis obtentu fieri pot finis huiusmodi: in quibus quidem includi negatiuum preceptum nemini dubitandum est: videlicet non facere turbationem non dare causam scandali non ponere offendiculum euangelio: non impedire profectum fidei et conuersionem animarum: non demq3 omittere adhibere que prohibere poterunt prohibentia et plura huiusmodi que continentur sub negatiuis preceptis ipsorumq3 vi prohibentur. ¶ 2ª. ratio probatur eadẽ pars secunda per locum a contrarijs siue oppositis: qr eiusdem est vnum contrariorum prosequi et aliud refutare aut excludere vt patet. Medicina enim que sanitatem operatur: consequenter excludere egritudinem vi qua poterit conatur. Eiusdem

contrariorum eadem est disciplina /.

dem rationis et est moveri sursum et deorsum. Et propterea de contrariorum eadem esse materiam potentiam et disciplinam .1. de celo et mundo .2. Detho .1. et .6. topico. 4. et .8. phis. et .11. metha. et per legistas. l. et si contra insi. ff. de vulga. et pupil. et insti: de hisqui sunt sui vel alie. iu. inprin. Unde tendens infinem quemcunque naturalem duobus movetur: quorum primum est fuga et amotio eius quod est impedimentum motus infinem et afine facit deviare. Alterum vero est adhesio et electio eius quod est infinem ductivum et hoc secundum duas partes justitie integrales quibus acquiruntur virtutes scilicet descendendo

Henricus de gandavo. amalo et faciendo bonum. Ita inquit Henricus de Gandavo in suma sua theologie ar. 24. q. 4. et sic patet quod vitare contrarium eius quod intenditur et finis in mortalibus cadit sub precepto naturalis justitie. Ad 3°. eadem pars .2. probatur: quia nisi reges nostri predicta contraria inconvenientia et prohibentia in suo adventu et ingressu vel suorum et similiter in progressu precaverent aut vitarent: proculdubio forent causa privativa causa boni cuiusque uniuscuiusque dicitur. et est: cui speciali lege puta ex officio vel stipendio incumbit adipisci aliquid: et tamen omittit per negligentiam vel incuriam tollere impedimenta rei adipiscende. Sicut Nauta non solum tenetur ex officio navim ad portum ducere: verumetiam precavere ne navigando in syrtibus naufragio pereat. Et milites

Rex hispanie ex offo. in facto tenet. tollere omne quod obstare potest predicationi fidei in novo orbe

conducti: non modo ad defendendam civitatem obligantur fortiter in conflictu pugnando: sed ad vigilandum et summe cavendum ne ab hostibus per insidias et clanculum capiatur. Sic et principes nostri hispaniarum qui magno stipendio ab apostolica sede fuerunt (ut ita dixerimus) conducti et ex speciali lege id est ex officio eis incumbit: cavere tenentur summopere atque tollere non qualitercunque sed efficaciter quecunque impedimenta quibus prememoratus finis tolli vel impediri seu retardari valeat. Alioquin si per negligentiam seu incuriam omittunt: sine dubio causa privativa erunt prefatorum bonorum: et per consequens rei omnium malorum que ob eiusmodi omissionem

et in

et incuriam in fidei et religionis christiane honorisque diuini de | magna obligatio apud reges hispanie circa nouum orbem.
trimentum et in animarum preditionem subsequentur. Cᵒ.
probatur utraque pars simul: vnusquisque obligatur de necessitate
salutis ad ea que sunt sui officij ad quod exercendum se obli
gauit et procuius exercitijs impensione mercedem accepit. Sed
rege nostri ad exercendum ea que spectant ad officium regum
commune et ulterius peculiari quodam iure id est apostolorum
officio ad curam habendam qualiter scilicet Xpi euangelium
predicatur et cultus diuinus amplietur et nomen redemptoris
notificetur vniuersis illis indianis populis in toto illo india
rum orbe degentibus eorumque procuretur salus se obligarunt:
et pro impensione huius exercitij magnam imo maximam
mercedem acceperunt. licet sine mercede poterant à sede apo
stolica per preceptum obligari ergo tenentur ex vi precepti et
necessitate salutis ad predicta duo contenta in hac. §. conside
ratione videlicet ad proportionandum: moderandum et or
dinandum aducentum et primum ingressum suum vel suorum
et etiam progressum id est regimen et omnia alia que sibi agen
da forent circa terras et nationes illas orbem illum inhabita
tes: quatenus fidei predicationi et dilatationi et animarum con
versioni conducant siue conueniant: et per consequens ad pre
cauendum omnia contraria que possunt obuiare his seu illa tolle
re aut impedire vel et quoquo modo retardare debunt. Utra
que n. pertinet ad regis officium vt ex dictis apparet. quam
patet cum maiore per s. Tho. 3. par. q. 67. aᵒ. 8. c. vbi dicit
quod vnusquisque obligatur ad exequendum officium quod accipit. Et
sup epla i. ad Thimo. in prologo ait: quod prelati et superiores
de precepto tenentur ad ea que sunt proprij officij. Et pot cla
rius videri hec obligatio per exemplum de illo qui assumit aduo
candi medicandi protegendi et docendi et sic de alijs ministe
rium et accepit mercedem pro illius ad ministratione aut exer
citio vt probr per legem. qui mercedem. ff. locati: cum ibi no
et quod legi et no. in. l. dominus. in princ. et. C. mandati. l.

Valde considerandum. quod ex officio incubit regibus procurare quod necesse videtur ad fidei dilatationem in nouo orbe.

s. Tho.

in re

in re mandata. Minor vero scilicet quod Reges nostri peculiari
quodam iure etiam obligentur et cetera. Patet ~~tum~~ tum primo
ex sua pollicitatione que transiuit in pactum statim quod papa
per literas suam illam acceptauit. l. pactum. ff. de pollicita.
Verba pontificis / Unde dicitur in decreto predicto. et insuper mandamus vobis
in virtute sancte obedientie sicut et pollicemini etc. /. Tum
2°. quia precepto formali summus pontifex astrinxit eos quod per
idoneos ministros ~~reducere~~ velint incolas et habitatores pre
facti orbis ad suscipiendam fidem ac ~~in~~ imbuerent bonis
moribus etc. / Unde sic addidit sicut etiam pollicemini (et
non dubitamus pro vestra maxima deuotione et regia mag
qui viri sunt mittendi ad nouum orbem /. nanimitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas
predictas viros probos deum timentes doctos peritos et expertos
ad instruendum incolas et habitatores prefactos in fide catholica
et bonis moribus imbuendum destinare debeatis omnem debi
tam diligentiam in premissis adhibentes etc. / hec ibi in for
ma. Ubi patet reges nostros obligatione peculiari ultra eam
que communis est omnibus regibus teneri ad predicta. Et
de hoc diffusius disputauimus in nostro tractatu de bello Xpia
lis quino in probatione cuiusdam corrolarii 3. circa principium
fo. 18. operis. ¶ Quod autem Reges nostri sint quodam modo precio
conducti ad curam et laborem predictum patet quia magno sti
pendio magnis muneribus maximisque honoribus ac ingenti
dignitate a summo Xpi Vicario ex thesauro ecclesie idest ec
clesiastica potestate stipendiati sunt officio videlicet apostolorum: hoc
est dilatandi fidem et conuertendi animas. Est enim rex noster
rex quidam apostolus noui orbis /. quidam illorum apostolus. Principatu insuper temporali et auto
nomatica celsitudine Rex videlicet summus super multos
et magnos reges diuitiis quoque incomparabilibus auri ar
genti ceterorumque methalorum: gemarum unionum smaragdum /
et aliarum id genus variarumque specierum: et thesauris tan
dem innumeris qualia nec numero nec valore nusquam terra
rum vel gentium fuerunt audita: dum: tamen illa que spo
ponderunt. et polliciti sunt ad impleant reges nostri catho
lici /.

S. 11.

§. 11.

Praectis quinque considerationibus suppositis ad obiecti. §. 5. positi plenariam solutionem videlicet quod licet quantum ad quoscunque reges alios de mundo indorum reges et domini sint liberi non recognoscentes superiorem: atque proinde nemo absque eorum licentia et beneplacito possint citra iniuriam intrare regna illa et querere aut scrutari que in illis sunt et illa tollere: non tamen hoc locum habet quo ad reges nostros hyspaniarum qui per summum pontificem constituti sunt Illius orbis sumi principes etc. /. ponuntur sequentes conclusiones

Prima conclusio.

Intentio summi pastoris animarum fuit reges nostri servarent omnino iuris ordinem et debitas circunstantias in accedendo et ingrediendo per nuncios seu legatos suos regiones illas et capiendo earum possessionem nec dedit eis licentiam faciendi contrarium. Probatur conclusio: per ea que probata sunt in secunda consideratione. Quia summus pontifex profitetur se velle diuinas et humanas leges seruare: et nullam transgrediendi iura diuina et naturalia habere potestatem. Et est quidam ordo in rebus agendis necessarius et naturalis et similiter circunstantie vt tempus et locus et reliquae: quibus recte ac congruenter quilibet actus humanus vestitur vt habeat bonitatem. Que omnia Diuus Paulus comprehendit communia (inquit) honeste et secundum ordinem fiant in vobis. 1. ad Corinth. 14. et que adeo sunt ordinata sunt. ad Roma. 13. et c. 10. omnia quecunque agitis in verbo vel in opere: in gloriam dei facite. Et ad Colosen. 3. idem dicit et addit in nomine domini nostri Iesuchristi et de circunstantiis que bonos reddunt actus humanos, habetur. 29. dist. per totum. ergo

in ingressu noui orbis debuit rex hispanie seruare iuris ordinem /.

intentio

intentio summi pontificis fruitq3 reges nostri seruarent ordinē
juris et debitas circunstantias etc̄. et per q̄ns non dedit licē
tiam eis faciendi contrarium.

2.ª conclu.

¶ Ordo juris necessarius et circunstantie que naturali ratione
in hac re oportet seruari continet duodecim partes sequētes

1.ª qd nuncio xpi ingressus sit pacificus et modestus. ¶ Imprimis q̄ nunciorum regum nostrorum inter quos predica
tores fidei connumerabuntur: aduentus accessus siue applicatio
ad indianas regiones: sit pacificus modestissimus et omni quere
la carens. ¶ Morosus non repentinus: et per partem illā
cuiuscunq3 prouintie vel regni perquam incole et habitatores il
lius et principes eorum minus queant turbari. ¶ Ordinata in
quamlibet terram descensio vel ingressus Innoxius: ne scilicet

lic.ª expressa vel tacita regū et magistratū ad ingressum nec.ª prius contingat interram vel portum enauibus descendere aut
egredi: q3 habita principum aut magistratuū terre illius licētia
Voluntaria expressa vel tacita. ¶ Salutatio et alloquutio humilis

Salutatio et gratiosa ad principes et populos et singulos qui occurrerint.

Cōuersatio exēplaris ¶ Conuersatio exemplaris mansueta et christiana et vt gratior ad=
uentus eorum eis existat: aliquorum monusculorum ex parte re

notificatio tēpestiva et quieta. gum nostrorum liberalis oblatio. ¶ Notificatio aut significatio tē
pestiua / quieta / suauis / et amicabilis / modestissima et animorum
audientium conciliatiua morosa et cum temporis interuallo plu
rium dierum successiua: finis siue cause finalis legationis et ad
uentus sui explicatiua. Videlicet ad docendum eos de vno magno
et vero deo omnium Domino creatore idest ad predicandum
eis fidem iesuchristi quem ignorāt missi: Iterum protuitione vel
defensa predicatorum et sua alicuius domus fortis vel turris
sub colore aliquo: Videlicet: morandi vel pluuie siue frigoris
aut caloris vitandi gratia cauta constructio. Que quidem facilis
exhortatio humilis. factu erit. ¶ Deinde sequeretur exhortatio miti verbo ac dulci
et placido religiosorum seu predicatorum ad conuentum faci
endum eorum: idest vt simul omnes vel maiores eorum pri

mo

mo: deinde alij aliquo in loco congruendi ad audiendum verbū vite conueniant. ¶ Post hec aūt superueniet discreta distincta seu explicita et salutaris plenaqꝫ secundum formam a xp̄o datam fidei predicatio: ingressus quoqꝫ cum diuino auxilio illorum infidelium in ecclesiam dei catholicam per fidem et sacri baptismatis susceptionem eorumqꝫ christi corpori mistico voluntaria incorporatio. ¶ Rursus vlterius informatio per eosdem fidei precones de titulo regum nostrorum et ad se recipiendum quasi pro reddenda vice regibus nostris et pro tanto fidei bono recompensa seu aliquali gratificatione in vniuersales principes: et bona que exinde preuentura sunt expositio. ¶ Tempestiua discretissima modestissima valde blanda saluberrimaqꝫ ad consentiendum prefate institutioni apostolice de regibus nostris exhortatio dulcis ac mitis monitio et inductio. ¶ Postremo habito ipsorum consensu libero et eiusmodi papali de regibus nostris institutione voluntarie acceptata tractatꝰ cum pacto de modo regnandi: de tributis et de seruitijs regibus nostris exhibendis cum prestatione iuramenti vtriusqꝫ partis de conuentione et pactis seruandis et similia.

discreta predicatio.

informatio de rege recipiendo.

prouocatio ad consensum liberum.

ex vtraqꝫ parte iuratꝰ

¶ Hic igitꝰ ordo est iuris actus et circunstantie necessarie que obseruari necesse est: ad hoc q̄ rite ac recte reges nr̄i hispaniarum adipisci valeant summum illius orbis indiarum principatum: sine quibus nihil de iure valebit quicquid secus factum fuerit vt patebit clarum.

¶ Nunc ergo ad probationem qclonis et singularum illius partium accedamus.

¶ Prima pars conclusionis scilꝫ q̄ aduentus primus hispanorum cum predicatoribus fidei debeat esse pacificus etc. probatur.

¶ Per preceptum et formam christi quam predicandi euangelium suum statuit. Math. 10. et Mar. 6. et luc. 10. intrantes aūt in domum (inquit) salutate eam dicentes. pax huic domui. Et si quidem fuerit illa digna veniet pax vestra super eam: si aūt non fuerit digna. pax vestra reuertetur ad vos. Nam omnis salutatio

tatio et bonorum imprecatio. Et tamen in hac salutatione plurima bona clauduntur. Quia pax est tranquillitas ordinis Ut

aug9. Augustinus dicit libro.19. c. de ciuit[te]. dei. Nullum aut bonum de

pax tranquilitas ordinis. est ubi tranquilitas ordinis ~~ut~~ manet. Et secundum Isidorum Ethimo. est tranquilitas et status quietus et multorum inter se ipsos amicitia. Et ideo rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos pacificos et modestos ut dicitur in prohemio

remigius. decretalium. Unde docuit dominus (secundum remigium) predicatores legis sue in introitu offerre pacem: ut salutatione pacis (res quidem ab omnibus tam amata / tam dulcis / et delectabilis) habitantes ciuitatem castellum vel domum gratis et beneuolos redderent ad suscipiendum et hospitandum illos gratiose atque benigne: nec non allicerent ad eorum doctrinam libenter ausculta ndum.

particula .2.

¶ Omni querela carens.

¶ Quatenus nulla inre nec ipsi duces nec eorum comites vel ministri quicque verbo aut opere faciant unde habitantibus cuius libet loci molesti sint aut graues: potissimum eorum que offendere poterunt honestatem /.

particula .3.

Morosus scilicet accessus non repetimus et cetera /.

¶ Quia si subitus vel repentinus esset non careret suspitione ac per consequens turbarentur indigne: quoniam omnia noua insolita / inopinata et repentina magnam turbationem nata sunt causare: quia maxime timentur. Videntur enim esse maiora mala et

aug9. minus remediabilia secundum Augustinum libro.2. confessionum. Omnis namque subita mutatio rerum non sine quodam

quasi

quasi conflectu contingit animorum ſ Boetium libro .2. prosa. .1. de consolatione. ¶ Hec satis expresse probantur per l. obseruare. §. anteqꝫ ff. de offi. proconsul. Ubi dr̄ anteqꝫ fines decrete sibi prouintie proconsul ingressus sit: editum debet de aduentu suo mittere continens comendationem aliquam sui scilicet vos diligo: pro utilitate vestra venio: et similia: significetqꝫ quadie fines sit ingressurus. Plerumqꝫ .n. incerta hec et inopinata turbant prouintiales et actus impedit ingressus. Hocetiam eum obseruare oportet ut per eam partem prouintiam ingrediatur per quam ingredi moris est. Et obseruare inquam primum ciuitatem veniet vel applicet. Magni .n. fatiunt prouintiales seruare sibi consuetudinem et huiusmodi prerogatiuas et c̄. hec ibi Ubi Baldus notat: ꝙ incerta et in opinata turbant prouintiales. et ꝙ dr̄ turbari ciuitas quando ratione alicuius casus homines relinquunt artes et ministeria sua. Et ꝙ quis debet ingredi in propriam terram uel ciuitatem (certe fortius in alienam) per loca consueta. Namsi princeps in regno suo cum mittit proconsulem seu gubernatorem ad prouintiam sibi subditam moderandam: oportet eum omnino seruare ꝙ prius qꝫ fines illius prouintie ingrediatur significare aduentum suum et commendationem sui facere: quo scilicet amore prouintiales prosequatur: et ꝙ ad eorum se missum sciant comunem utilitatem: quatenus beneuolentiam prouintialium sibi valeat conciliare: demqꝫ ingressus sui et qua parte sit ingressurus pateat: ne habitatores ciuitatum et locorum incerto et in opinato aduentu et ingressu proconsulis possint turbari: quanto rationabilius et fortius imo longe magis et maxime necessum erit et fuisset obseruari anteqꝫ quicqꝫ nuncij vel legati regum nostrorum agere vel agant vel egissent ad hoc ꝙ pace manguetudine ~~et~~ ac bonis et xpianis actibus gentium illarum beneuolentiam captarent: nihil molestum aut unde turbari queant vel quiuissent dicere aut operari ¶ Rursus notat baldus. ꝙ qui uult ordinem turbare tenetur actione in iuriarum et potest et resistit et armata manu: quia nemo tenetur in iuriam pati vel parui pensionem proprij honoris. ut ff. de postu. l. 1. ad idem refertur alia pars.

[Margin: qui de nouo veniut ad prouintias ops prius comone faciat habitatores /.]

[Margin: procosul veniens ad prouintiam ops prius significat aduetum suum /.]

[Margin: qui turbat ordinem merito repulsam patitur qui iniuriam infert /.]

§. 12.

Particula: 4ª.

¶ Ordinata inquamlibet terram descen
sio vel ingressus innoxius et qnon fi
at sine licentia habitantium /.

¶ Cuius ratio est q si absqz licentia expressa vel tacita niterent
intrare aut defendere aut presertim si ab incolis prohiberent
verbis aut signis vel factis descendere innauibus tunc .n. ingres
sus esset noxius atqz iniuriosus: Unde merito incole turbarentur
et sic ordo naturalis iustitie ex parte nunciorum seu legatorum
regum nostrorum violaretur: atqz proinde violentiam incolis in
ferrent: et iure naturali licebit eis ad arma concurrere: et non
solum descensionem et ingressum impedire illorum verum etiaz
tamqz hostiles impetus in iuste inse factos iuste propellere at
qz seuere vlcisci. ¶ Potest namqz quelibet gens ciuitas munici
pium siue regnum non recognoscens superiorem aut summus
gubernator illius per statutum aut legem regiam. Si viderit sibi
expedire ad pacem ad tranquilitatem ad malorum morum cor
ruptionem vitandam ad defensionem securitatem et conseruatio
nem status regni vel rei publice: nequis forensium seu alieni
genarum seu cuiusqz alterius regni persona: regnum / vel prouin
tiam aut ciuitatem sue ditionis ingrediatur pro quacunqz causa
vel mercimonij vel comutationis / emptionis venditionis aut
gratia in ibi habitandi Et id quidem rationabiliter ac pruden
ter faceret: atqz autoritate iuris gentium et natis punire con
trarium attentantes. ¶ Probr hoc multipliciter ratione autori
tate et exemplis. ¶ Prima ratio quia nemini facit iniuriam prohi
bendo intra limites proprij territorij et iurisdictionis sue quod iudi
cat paci quieti libertati et securitati status et regni seu ciuitatis et
gentis sibi subiecte fore necessarium vel etiam vtile. et esset stultus
satis aliaz gentem vel ciuitatem aut regem alterius nationis conqueri

de huiusm

qd qlibz rex aut ci
vitas ipa pot phibe
re ingressuz alie
nigenarz vel ratio
ne comertij vel al
terius rei. J.

de huiusmodi lege aut statuto vel potere aut velle sibi eorum q.
alia respu^ca vel civitas sive rex liber non recognoscens superio
rem ordinat vel precepit in regno suo reddi rationem. Ut
de se patet. ¶ Ratio .2a. sit hec: ad boni et prudentis regis
sive cuiuscumque moderatoris universalis sive suppremi regni
vel rei publice non recognoscentis superiorem officium et curas
pertinet: ut per eius industriam provideatur quatenus obviet^r
periculis et incomodis futuris que toti regno et reipu^ce possunt
accidere. Sed per adventum et ingressum forensium et alieni
genarum in regnum ~~et ingressum~~ vel patriam sue cure commissas
quacumque de causa quam presefeerant: possunt accidere multa pe
ricula et incommoda regno et regi et toti reipu^ce ergo Rex bo
nus et prudens neminem recognoscens superiorem si viderit ex
pedire ad pacem ad quietem ad malorum morum corruptionem vi
tandam ad defensionem securitatem et conservationem liberta
tis regni et sue rei publice: potest statuere vel lege regia prohi
bere: ne quis forensium et alienigenarum sive cuiuscumque alterius
regni vel extranee nationis: regnum vel patriam vel provintiam
seu civitatem sue ditionis ingrediatur vel causa mercimonii etc./
aut quacumque alia. Consequentia de se patet. Maior proba
tur: quia ad prudentiam et circumspectionem cuiuslibet pru
dentis maxime qui curam gerit multorum spectat timere
ac precavere in illis in quibus non est determinatus eventus
si possint in malum exitum verti Et ratio huius est: quia
non solum attenditur quod in presenti est: sed quod esse pot
aut pot succedere: eo quod eventus sunt in hominum conside
ratione ut iuriste et tradunt in l. aut facta. §. eventus. ff.
de penis. et melius est ante tempus occurrere: quam post exitum vin
dicare. l. 1. c. quando liceat uni. se vindi. Et se cuius est prevenire
ut no. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi. et vi. arma. et in l. ut
vim. ff. de iusti. et iur. ¶ Minor vero probatur. quoniam si omnibus
forensibus et alienigenis liceret indifferenter ingredi pro
quacumque causa puta comertii mercima et cetera. regnum vel
patriam quancumque aliorum regum vel gentium: posset co
tingere forenses malo animo ad regnum alienum venire.
fictis causis ostensis explorandi videlicet infirmiora terre
ad

ad tradendum illum in manus hostium. Possent namque de
diuersis locis adinuicem consideratis vel de vno potenti regno
cognita et considerata vel audita terre infirmitate in vnum co
gregari plurime gentes et tunc conuenire magni exercitus contra
regnum illud: et sic illud turbare de predari, deripere vel
seruituti sue subijcere. Et hoc proculdubio ad quemlibet nisi
mente captus sit potissime ad regem cui cura totius comunitatis
comissa est: et proinde circunspectior oportet esse vniuersis: pre
cogitare suspicari timere, precauere pertinet: quando videt homi
nes extraneos in suo regno nisi constet iam diu de illorum
intentione ac fine aut simplicitate. Vnde quia defensio
proprie patrie atque libertatis eiusdem de iure naturali esse noscitur:
patet quamlibet gentem vel populum aut illum qui vices illius
gerit vt regem posse atque iure ipso naturali facere debere si vide
rit expedire: inter dicere videlicet forensibus extranee natio
nis quibuscunque ingressum in propriam patriam vel regnum
donec saltem nouerit quod de talium introitu non imminet pa
trie periculum. Cum quilibet populus liber ciuitas vel comu
nitas rationabiliter sibi metuere debeat ne alij nationis extra
nee fortiores se moliantur eam sibi subijcere vnde suam libertatem
amittant. Est enim de iure nature quidlibet humana societas. (vt
alibi latissime adduximus) et per consequens omnia necessaria ad con
seruationem dicte comunitatis siue societatis esse de naturali iure:
Durandus. nemo est qui irresciat. Et ob hoc dixit Durandus in tractatu
de legibus quod omne illud fieri potest per ipsam comunitatem
(supple vel illum qui eius vices gerit) quod est ad salutem politie
et pacificam conuersationem eius hec hec ille. ¶ Autoritatibus
etiam idem probatur et primo per l. mercatores .C. de comer.
notanda lex. et mer. Vbi lex. prohibet ne mercationis causa conuersentur
subjecti Romano imperio cum gentibus et non gratis ne
credantur Romani exploratores archanorum regni alieni.
Baldus secundum bal. in legis sumario. Vnde sic dicit textus.
Mercatores tam imperio nostro quam persarum regi subjectos
vltra ea loca in quibus federis tempore cum memorata natione
nobis

nobis conuenit nundinas exercere minime oportet: nealieni regni. (quod non convenit) scrutentur archana hec ibi in forma ergo malum est vel esse potest et suspitio sum cuilibet rei publice gentes extranee nationis ingredi alienam patriam ergo Rex vel gubernator vniuersalis vel ipsa comunitas in ipsam ingrediatur. ℂ 2º. probatur per ea que notat bartho. in l. relegatorum. §. inter dicere. ff. de interdi. et relega. posse scilicet statui quod quis subditorum non vadat ad faciendum mercantias extra territorium vel ad talem ciuitatem per d. l. mercatores. ℂ 3º. probatur per andream de Iseruia inde prohibi: feu. alie. per feder. circa finem. Ubi dicit quod rex pot prohibere ingressum vel meatum puta multitudini et exercitui. lasciuo quia lascivo argu. ff. locati. et condu circa fi. Iustam habere causam prohibendi: vt per regnum suum non transeat timendo inuasionem terrarum suarum vel alias invasiones et pericula per ea que dixi. nume. 20. et 21. c. Item et vm posse prohibere ex causa vt scilicet non sciantur secreta regni sui argu. C. de comer. et mer. l. 3. 6. q. 2. merito vel alia simili causa habente similem rationem. Nam vbi est ratio eadem idem Ius. ff. de fundi. l. 1. Vt si nollet alienigenas exteros in regno suo conuersari vel manere: ne animos subditorum inficiant. Et est timor Iustus et causa talis vera: quia et pot quis prohibere Vt aliquis sibi odiosus rem suam non emat. argu. C. de Iure emphi. fi. in prin. ff. de actio emp. l. si sterilis. §. si tibi. de contrahe. emp. l. qui fundum. hec Andre de Iser. in forma. ℂ 4. probatur per baldum quem referunt et sequuntur multi: qui in p° regni super feudis titulo de forma fideli. §. dominus vero: querit an domini terrarum sine causa possint expellere mercatores forenses de suis territorijs: et non recedentibus bona auferre. Respondit quod non nisi ex causa. Venturis aut ad patriam alienam bene pot interdici ingressus. argu. ff. de vsu. lega. l. heres. ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. et Iusti de rerum diui. §. Illud in verbo. apes et l. quod. n. de acquiren. re. do omnibus legibus prohibetur intrare in agros vel fundos alienos

Rex pot prohibere exercitui ne transeat per regnum suum ex causis.

pot mercatoribus venturis interdici ingressus.

nos aut aliquid in eis facere, sine lic^a dominorum et mi
nus contra eorum voluntatem: obquod traduntur á docto
ribus dicta iura in argumentum huiusmodi et glo. in. d.
quod .n. not. q possum prohibere intrantem in meo fundo
et manu armata resistere. vt. ff. ad. l. aquil. l. quemadmo
dum. circa principium et possum agere iniuriarum. ff. de in
iur. l. iniuriarum. §. siquis me prohibeat. Ubi habetur q
siquis nititur in alienum fundum intrare inuito domino vim
turbatiuam infert. Cum nec sinat re sua libere uti. unde in
iuriam illi facit ergo longe grauiorem iniuriam faciunt no
lientes intrare inuito rege alienum regnum vel patriam toti
communitati. Idem quod Baldus, inquit Iacobus de sancto Grego
rio in tractu. de feudis. ¶ Exemplis quoque divine scripture
predicta roborantur. Nam Genes. 42. legimus Ioseph. im
posuisse fratribus vt eos terreret tanquam iniuriosum delictum
morte dignum contra regnum egiptiorum comisissent. Vos
(inquit) speculatores estis vt videatis infirmiora terre venistis.
Et subdit: per salutem pharaonis non egrediemini hinc etc.
et ipsi non est ita domine sed serui tui venerunt vt emerent
cibos omnes filii vnius viri sumus pacifice venimus: nec quicquam
famuli tui machinantur mali etc. hec ibi. ¶ Ecce q malum
pot suspicari rationabiliter de aduentu ad patriam alienam
forensium: donec de illis et aduentus sui causa certitudo et securi
tas habeatur. Quamquam .n. Ioseph certus esset ad malum aliquod ma
chinandum non venisse fratres: non tamen absurde aut irra
tionabiliter illos obiurgauit sub titulo quererant exploratores: quan
doquidem volebat sic eos terrere et affligere: sciens quemque sapi
entem et maxime prouidum vniuersalem ac suppremum cuius
libet regni aut patrie gubernatorem: non abte sed meritissime
posse illis obiicere siue de illis eadem suspicari. Et dicunt he
brei Ioseph induxisse contra fratres in argumentum q co
gnita terre infirmitate poterant gentes adverse contra re
gnum egipti exercitum magnum congregare ergo prouidus

rex

Iacobus de sancto Gregorio.

rex et summus regni cuiuslibet moderator provide habet re
gno et patrie sue timere á forensibus et extraneis ac per q̃ns
merito potest et debet ingressum quibuscunq; in regnum suum
vel patriam interdicere quotiens ad pacem ad quietem ad secu
ritatem ad defensionem libertatemq; conseruandam viderit
expedire. ¶ Idem apparet ex ratione quam prese ferebant prin
cipes et consiliarij regis Amonitarum. 1. paralipomeno. 19. .1. paralip. 19.
qui timentes ne nuncij David quos miserat ad consolandum Amon
super mortem patris essent exploratores terre dixerunt regi:
tu forsitam putas q̃ ~~rex~~ David honoris gratia in patrem tuum
miserit qui consolarentur te. Nec animaduertis quod ut explorent
et investigent et scrutentur terram tuam venerint ad te ser
vi eius etc. Nam licet Amon et servi vel consiliarij eius
in humaniter fecerint et graviter peccaverint contumelia gra
vissima affligendo nuncios David in hoc q̃ calcauerint et ra
serint eos precidentes tunicas eorum usq; ad nates: et per
q̃ns magnam injuriam intulerint ipsi David: tamen revera
prudenter et rationabiliter moti sunt ad suspicandum et ti
mendum ne forte alieni regni essent exploratores. Nec tene
bantur verbis pacificis et officiosis nunciorum David credere
cum possent dolosa et ficta seu deceptoria mendacia esse/ et
per hunc timorem justum juste poterat rex Amon et sui
precipere Nuncijs David ut exirent de regno suo recta via
ut non ingrederentur in aliquas urbes ne viderent terre
infirmiora quibuscunq; minis additis. Quod si contra facerent:
non injuria punirent illos Non tamen potuit Rex Amon
vel sui per solam suspicionem punire: Ideo male et contra ratio
nem fecerunt. Unde David iuste mouit bellum contra eos
propter injuriam sibi et suis irrogatam ergo quelibet gens aut
civitas vel Rex qui curam habet reipublice non recognoscens supe
riorem potest prohibere per statutum vel per legem regiam
si viderit expedire ad pacem ad securitatem etc. / ne quis fo
rensium in proprium regnum vel patriam ingrediatur pro
quacunq; causa etc. /. et punire contrarium facientes autoritate

juris

indiane nationes pote runt prohibere ingressum hispanorum.

Iuris gentium et naturalis ergo bene ac iuste possunt id facere indiane nationes ergo descensio vel ingressus nunciorum regum nostrorum in quamlibet orbis illius partem: oportet esse ordinatus et sic innoxius: et de licencia principum et dominorum seu magistratum terre voluntaria. Si in secus factum fuerit: iure optimo tanquam aduersus publicos hostes possunt exire armata manu et non modo resistere ac prohibere accessionem et ingressum: verum etiam pro iniuria et inuasione seu violatione imperij et iuris alieni exercere ultionem. Nam inter omnes uniuersi orbis gentes naturalis illa omnibus hominibus permissa jmmo concessa est defensio qua vim et iniuriam non modo nobis sed etiam patrie propinquis et socijs illatam propulsamus: et etiam quecunque communitates vel respublice libere cum habeant iurisdictionem omnimodam merum et mixtum imperium quemadmodum sunt iste ut §. 5. visum fuit et infra videbitur ulciscuntur. Probauimus hec latissime in nostro libro. i°. de unico vocationis modo omnium gentium ad veram religionem in corrolario. 4. incidentali et in tractatu de bello Yaliuquino.

§. 13.

Particula 5ª.

Salutatio et alloquutio humilis et gratiosa etc.

Videlicet ut iustum debitumque honorem et reuerentiam principibus et dominis seu locorum siue populorum magistratibus exhibentes animos eorum alliciant et concilient: et sic reputentur viri pacifici et humani. Consueuerunt. n. homines in exordijs verborum suorum maxime ad ignotos

ignotis ex urbanitate salutatione uti: ut imprecatio bonorum que per salutationem fit sit eis locutionis initium. Iudicatur autem rudis et inurbanus qui salutatione beneuola non utitur. Unde iam salutatio quasi necessaria est inter homines ex consuetudine in exordijs loquutionum: et ideo christus induxit apostolos ut ipsi preuenirent alios in salutando: quia virtutis est prius honorem impendere quam recipere propter quod ad Rom. 12. dicebat apostolus. honore vos inuicem preuenientes (idest) quilibet studeat prius honorare alterum quam honoretur ab eo. sic dicit Chrisosto. homel. 72. super. Math. Nolite cogitare quoniam doctores estis idcirco spectandum vobis esse donec illic salutatio ab illis vobis afferatur: sed precedentes vos honore primique salutate. hec ille. Et quod regibus infidelium debeatur et a fidelibus honor et reuerentia late patuit supra in consideratione prima.

Particula. 6a.

Conversatio exemplaris mansueta et christiana. etc.

Cupiam bene viuendi norma et rectis operibus opus est, ut gentes que deum ignorant lucrifaciamus: et sic finis pretendendi in adeptione regis nostri quibus id incumbit perfruentur. Efficatiora enim sunt opera christianorum et si pauca sint ad infidelium auersionem: quam verba quantumcumque persuasiua existant et plurima. Quinimmo nihil opus esset verbis si vita nostra sanctitatis luce fulgeret Unde chrisostomus super primum capitulum geneseos homel. 8. ita inquit: neque enim deus vult ut christianus se ipso tantum contentus sit sed ut alios edifficet non per doctrinam solum sed et per vitam et conuersationem. Neque sic nos inducit in veritatis viam: ut in vite curam. Nam neque tan considerantur eaque a nobis dicuntur quam que a nobis aguntur. Et ut scias rem

videbimus vero in tractatu de legatis. li. 2. c. 9

chrisost.

notanda hec quam necessaria sit vita exemplaris christiani.

rem ita se habere. licet infinities tantum philosophemur verbis et de patientia disseramus et cum tempus fuerit eam operibus non demostremus: non tantum proderunt verba quantum nocebunt opera. sin aut. et post verba operum specimen exhibuerimus digni habebimur qui ad monemus alios eorumque per

omnia notanda / opera ad impleamus: quia et christus illos beatos dixit inquiens.

vide chris. hom. 23. ad populum — beatus qui fecerit et docuerit. Math. 5. vide quod opus preposuerit: et postea doctrinam. Atque adeo precedente opere: et si non sequatur doctrina: sufficiunt opera ipsa luce clarius ad docendum eos qui in nos respiciunt. Hoc igitur omnibus modis consideremus ut prius operibus doceamus et postea

Ad Rom. 2. — sermonibus: ut ne et nos audiamus a beato Paulo. Tu qui doces alium te ipsum non doces. Et cum volumus admonere alium ut aliquid ex his que necessaria agat honeste: prius studeamus et nos hoc ipsum agere quo nobis et maior sit loquendi fiducia: et omnis nostra cura sit in animarum salute. Et quomodo poterimus. Illas ciuias carnes refrenemus etc. hec chrisostomus.

¶ Normam siquidem quam primi regum nostrorum nuncij ad partes indiarum illas oportet tenere ut ordo necessarius in

Paulus. — eas intrandi seruetur: ponit apostolus plene ad Thesalonicen

Quomodo habendus a xpiano inter infideles. — ses. 2. capite inter cetera inquiens. Vos testes estis et deus quam sancte et inculpate et iuste et sine querela vobis qui credidistis ad fuimus: ita ante sicut post conuersionem vestram ut dicit glosa inter linearis etc. Quam sancte (scilicet) quo

Athanasius. — ad deum secundum eandem glo. et secundum Athanasium (hoc est) omnia facta necessaria seruatis modo erga deum

Anselmus. — pietate et cultu ad implentes. Secundum aut Anselmum quam sancte: quantum ad puritatem mundissime conuersationis fuerimus vobis. quam iuste (scilicet) quo ad proximum faciendo debita et non faciendo indebita. Secundum interlinearem. Vel secundum Athanasium: hoc est: nemini pecunias flagitando inferentes iniuriam. et sine querela absque ~~[illegible]~~

cuius

cuiusdam offensione. Vel secundum Anselmum quia juste quantum ad equitatem erga proximos seruandam faciendo debita et quasi sine querela (id est) quia innocenter et irreprehensibiliter vobis: quia nihil fecimus vobis unde possetis conqueri de nobis: vel sine querela fuimus vobis quia nunquam questi sumus de vobis dum imbecillitatem vestram portaremus taliter fuimus conuersantes vobis (idest) ad vtilitatem vestram sicut ipsi scitis etc. et in posteriorem epistolam ad Thesalo. c. 3. ait Anselmus super illud ipsi scitis etc. / Non est opus vt exponam vobis eam traditionem quia scitis eam: scitis videlicet quomodo qui recte volunt ambulare: debent ambulare per viam per quam nos ambulamus id est exempla nostra sequi. hec ille. Polycarpus autem beati Joannis euangeliste discipulus in epistola ad philipenses conuersationem vestram considerantes irreprehensibilem in gentibus vt ex bonis operibus vestris et vos laudem accipiatis et dominus in vobis non blasphemetur. Ve autem homini illi per quem nomen domini blasphematur. ¶ Patet igitur forma preambula trahendi infideles ad christum vita scilicet sancta et conuersatio exemplaris operibus virtuosis refulgens. atque sine offensione cuiuspiam et omnimode quaqua ex parte irreprehensibilis. Namque qui docere alios intendit premittere debet verborum suorum exemplaria opera vt magis opere doceat quam sermone: sicut apostoli qui prius vite exemplis docebant: deinde verbis. Immo potius ne verbis quidem erant opus cum clamarent opera. Et vsque adeo eorum opera vitam sanctissimam gerere testabantur quod nemo carperet profecto eorum vitam sed predicationi derogabant secundum Chrisostomum Denique predicationis causa tanquam seductores ac magis calumnias sustinebant. Ipsorum autem vitam nemo fere vnquam fuit qui vituperare presumeret. Quo circa nullus vnquam apostolis aut fornicationis aut impudicitie aut auaritie crimen obiecit:

nullus fuit qui vitam et conuersationes apostolorum reprehenderit sed predicationi contradicebant

sed

55

nota quod aptis nullus obiecit crimen impudicitie vel avaritie sed solum seductores dicebantur

sed tantummodo seductores appellabant quesolum ad dogma refertur. Cum. n. fuerit vite fulgore conspicuus et illis verendus sit necesse est: quippe veritas ipsa quoque ora obstruat inimicis. Nempe. n. qui eos maledictis et opprobriis impetit, fas non sit qui irreprehensibiliter viuunt audias licet christum luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Quemadmodum denique nemo obscurum diceret solem ne siccus quidem fuerit: erubescet quippe opinionibus hominum aduersari. Ita et eum qui nimis fuerit decore conspicuus atque morum honestate illustris: nullus profecto culpare presumit. Ita igitur viuamus ne nomen Dei blasphemetur agentibus: neque vero humanam aucupemur gloriam: neque iterum ut pessima opinione careamus quod bonum ac rectum est faciamus: verum in utroque modum honeremus in quibus lucetis (inquit ad philipen. 2) quasi luminaria in mundo. Idcirco nempe nos ille eligit ut simus quasi luminaria ut veluti fermentum euadamus et magistri ceterorum efficiamur: ut veluti angeli cum hominibus versemur in terris: ut tanquam viri cum infantibus et pueris: quasi spirituales cum animalibus: ex contubernio nostro ingentia illi lucra conquirant ut semina simus ut fructum latissimus afferamus. Nihil opus esset verbis si in hunc modum vita nostra sanctitati luce fulgeret. Nihil magistris opus esset si virtutis probus actus preferemus. Nemo profecto gentilis esset: si ipsi ut oporteret christiani esse curaremus: si dei monitis ac scitis obtemperaremus si in iniuriis perpessi vices non referremus si maledictis lacessiti benediceremus: si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera bellua ut non statim ad cultum vere religionis accurreret: si videret hec ab hominibus fieri atque ut discas ita esse vnus profecto erat Paulus et tam multos ad dei atraxit doctrinam. Si omnes essemus huiusmodi quot terrarum orbes atrahere

non esset opus verbis si esset opera exemplaria.

non esset gentilis si nos viueremus xpiane.

here et ipsi possemus. Quippe discipuli semper doctorem vitam intuentur atsiquidem viderint nos quoque eadem secum appetere eadem concupiscere: honores atque primatus ambitum querere: quam illi christianam religionem poterunt admirari. Vident ecce reprehensibilem christianorum vitam terrestres animos atque in humum abiectos pecunias non secus quam se admirari. Imo et longe amplius mortem similiter perhorrescere paupertatem pariter metuere morbos eadem impatientia tolerare claritatem atque potentiam non minusque se amare auaritie gratia seipsos concidere ipsi obsequi: Unde ergo credere illi poterunt: fortasse ex signis? At ista modo non fiunt. An vero ex sanctitate vite? Sed illa plane periit. Num vero charitatis causa? At nusquam aliquod ipsius vestigium cernitur. Quocirca non modo peccatorum nostrorum verum et alieni incommodi cuius ipsi in causa sumus rationem profecto reddemus. Resipiscamus tandem, evigilemus queso: celestem in terris conuersationem preferamus. Dicamus cum apostolo quia conuersatio nostra in celis est ad Phil. 3. certamen in terris atque pugnam subeamus. At fortasse inquies: fuerunt magni apud nos viri. Sed occurret gentilis et dicet. Unde id credam? Nec enim vos eadem gerere video que illos fecisse predicatis. Nam si huiusmodi narrationibus passim credere oportet: possemus et ipsi philosophos adducere in medium magnos atque mirabiles vite ac morum gratia. Ceterum ostende mihi paulum aliumque Joannem. Nunc enim vel pro obolo occidere parati singuli estis. Pro terrena gleba innumeras excitatis lites etc. Hec omnia chrisostomus super capitulum. 3. prime ad thimo homel. 10. Et super. i^a. ad Corinth. homel. 4. Idem chrisostomus. Ita ratiocinatur. Hoc igitur pacto prosternemus si pugnemus: et longe magisque verbis vite rectitudine eorum animas percellemus. Hoc maximum certamen est: hic sillogismus certissimus qui per opera efficitur. Nam etsi frequenter verbis philosophamur: non tamen propterea vitam exhiberemus meliorem nullum nobis lucrum accederet.

preclara verba chrisost.

notandaque

Non enim.

Non. n. verbis attendunt homines sed opera perscruta
tur et inquiunt. Tu prior verbis tuis obtempera deinde
alios admoneas Etsi dixeris innumera esse in futuro seculo
bona: et tamen tanquam non sint presentibus rebus afflixus
videberis: opera tua quam verba magis mihi persuadebunt. Si
quidem cum alienarum rerum raptorem amissa Imma=
dice deplorantem multis alijs obnoxius criminibus animaduerto:
qua ratione tibi resurectionem credam. Et licet hoc non dicant
cogitatione tamen et animo versant Et hoc est quod prohibet
vt infideles christiani fiant. Reuocemus igitur eos vite nostre exemplo.
Multi n. indocti viri hoc pacto philosophorum mentes percu
lerunt tanquam re ipsa philosophiam ostenderent: vocem tuba cla
riorem bonitate vite et phria emittentes ipsa n. quam lingua vehe
mentior est. Quid ergo dicam quod non licet succensere cuipiam de
verba aurea — inde gentilem innumeris malis afficio: quo pacto verbis ipsum
allicere potero, cum operibus abigam. Quam obrem eos vite inte
gritate alliciamus. et per eorum animas edificimus ecclesiam
et huiusmodi comparemus diuitias. Nihil est n. quod anime possit
equiparari: non vniuersus quidem mundus etc. Et in home
Chrisostom9. — lia. 9. de superstitione ad populum Anthiocensem. Interim
vero illud charitati vestre necessarium est dicere: sicut glori
ficauit Deus per tantam nos creaturam: itaquoque per puram
ipsum conuersationem glorificamus. celi enarrant gloriam
Dei: non dicentes tantum sed tacentes et vite claritate omnia
in admiratione adducentes luceat. n. lux vestra coram homi
nibus vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Cum enim vident infideles te fidelem
notandum. — compositum modestum ornatum esse mirabitur et dicet.
Vere magnus christianorum Deus quales constituit homines
qualis est qualibus fecit. Angelos ex hominibus ipsos reddidit.
in confusione his — Si quis contumeliam fecerit: non conuincantur. Si quis per
panorum in no — cusserit non egre ferunt probis qui leserunt orant. Inimi
uo orbe — cum non habent. Iram seruare non nouerunt mentiri
non didicerunt etc. et super Math. 5. in opere imperfecto.
Sic luceat lux vestra etc. Qui docet (inquit) et facit quod

docet

docet: vere ille docet. Qui autem non facit quod docet non ali
um docet sed se ipsum condemnat. Et melius est facere et non
docere quam docere et non facere. Quoniam qui facit et si tacuerit
aliquos corrigit sub exemplo. Qui autem docet et non facit: non
solum neminem corrigit sed adhuc multos scandalizat. Quis n.
non moueatur ad peccandum si viderit ipsos doctores pietatis
peccantes. Ergo per illos quidem doctores qui docent et non faci
unt blasphematur Deus. Ut puta si bene doceant sacerdotes et
melius viuant videntes gentiles dicunt: benedictus Deus qui ta
les habet seruos. Vere n. eorum Deus verus est Deus. Nisi n.
ipse esset justus nunquam populum suum circa justiciam sic teneret.
Nam disciplina domini ex moribus familie demostratur. Si aut
bene doceant et male conuersentur, videntes dicunt. Qualis est
Deus eorum qui talia agunt. Nunquid sustineret eos talia
facientes nisi consentiret operibus eorum. Vides quomodo deus
per malos christianos blasphematur. Nec pot dominus bonam
opinionem habere: qui malam familiam habet. Unde dictum est
ad populum Dei. Nomen n. dei per vos blasphematur inter gen
tes Esay. 52. et Ezechiel. 36. et ad Roma. 2. hec ex chrisosto
mo. poteramus plura alia testimonia tum ex ipso chrisostomo
tum ex Hieroni. Cypria. et Augusti. aliorumque doctorum
sanctorum doctrinis in confirmationem presentis conclusionis
particule scilicet necessariam esse conuersationem exemplarem
mansuetam et christianam etc. Ad hoc ut ingressus hyspa
norum maxime primus in partes illas et regna indiarum
ordinatus sit et iustitia non careat. ¶ Addidimus in particula
ista fieri debere aliquorum munusculorum ex parte regis nostri
oblatio: quatenus gratior et acceptabilior sit rebus et populis illis
eorum aduentus quia his que allectiua sunt videlicet incipient
affici ad reges nostros et sic disponi ad facilius prebendum
consensum cum de suscipiendis eis in vniuersales dominos
secum tractabitur. Rursus proderit hec munusculorum
oblatio ad predicationem libentius audiendam et fidem sus
cipiendam: sicut legitur de beato Siluestro qui muneribus
et

[Marginal notes:]

ve illi per que scan
dalum venit prout
dolor sunt innu
meri in nouo orbe

advertendum
in corde verba
scribenda.

no pot sine la
chrimis hoc legi
ab illo qui fuit
in nouo orbe.

et doctis Iudeos et alios infideles ad fidem venire prouo cabat.

§. 14.

Sequitur in glosa particula. 7.

Notificatio tempestiua quieta etc. de causa sui aduentus et legationis etc. Tempestiua quidem scilicet loco et tempore personis et alijs circunstantijs seruatis iuxta eaque Philosophus docet. 3. Ethico. quod virtuosus operatur quod oportet et secundum quod oportet et quando et quomodo et circa quod oportet. Et presertim expectandum et seruandum est in hoc articulo:

ops primo discere linguam ipsorum indorum.

quod prius idioma vniuscuiusque prouincie vel loci hyspani siue nuncij prefati addiscant et sciant: itaque plene intelligant gentes ille queciumque proposita fuerint eis: alias nihil fiet de Iure in. l. 1. §. fi. in. 5. colu. ff. de verb. oblig. et ibi no. ludoui. Roma. et institu. eo titulo. §. in hac re. Et Anto. de butrio in. c. fi. de eo qui mit. in posse. cau. rei. ser. 2. col. ibi verbis apertis et claris ita quod intelligantur. ff. de insti. l. sed et si. §. 1. Notat felinus in rubrica de constitutioni. penul. colu.

notificatio ops sit quieta

Quod autem hec notificatio debeat esse quieta idest libera quibus ad intellectum et rationem a caligine perturbationum que causantur ex passionibus anime patet: quia sicut sydera consueta nobis lucere et terram germinare cessant hoc facere propter interpositionem nubium obscurarum: sic intellectus et ratio que lucent et illuminant hominem in cognitionem veritatis: impediuntur caligine perturbationum. Et sicut aqua maris manente clara quemadmodum vitrium visus noster potest eam penetrare atque videre

que sunt

que sunt sub aqua. Sed si turbatur per ventum tunc obstabit vi
sui. sic animus quietus hominis non impedit discursus
rationis nec judicium intellectus ad intelligendum que pro
ponuntur. Verumsi moueatur et turbetur aliqua molestia
vel angustia timore tristitia: dolore/ seu et ira vel aliorum
que dant causam perturbationibus statim obsistit discursui ra
tionis et judicio intellectus. Similiter sicut aqua currens de mon
tibus altis libere ac recto tramite procedit: et per obstaculum
lapidis qui resoluitur de monte impeditur ne recte procedere va
leat: ita ratio libera non impedita recte discurrit et intelle
ctus recte judicat. Si autem afficitur motibus alicuius pertur
bationis impediuntur ratio in libertatis discursu: et intellectus
in libertatis cognitione. Ita dicit Boetius lib. 1. metro. 7. de
consola. Nubibus atris condita nullum fundere possunt Sydera
lumen etc. Tuquoque si vis lumine claro cernere. Verum: tra
mite recto carpere celum gaudia pelle/ pelle timorem etc./ Ex qui
bus apparet quod ad hoc quod ea que volumus aliquibus proponere et
per suadere audiantur et intelligantur: oportet rationem et
intellectum audientium inquiete esse et tranquilitate ac procul
aquacunque molestia et re alia que perturbationem in animo sit
sufficiens acusare. Si autem proponerentur cum tumultu vel sole
cum armorum estrepitu/ aspirante terrore cum minis vel fla
gellis: aut modo imperioso/ aut duriter et qualicunque alio ri
gore siue perturbatione: manifestum est quod humana mens
terroribus consternitur clamoribus/ metu et verbis durio
ribus ~~consternitur clamoribus/ metu et verbis~~ turbatur tristatur
affligitur refugit proinde audire/ videreque sensus exterior
interior quoque vt fantasia seu imaginatio turbatur: caligatur
consequenter ratio: intellectus non apprehendit nec potest su
mere formam intelligibilem amabilem seu delectabilem: sed tris
tabilem potius et odibilem. Propter quod voluntas non solum non
potest affici vel amare: sed potius odire illa que proponuntur
et indignari propter terribilia illa que injuste vel homo per in
tellectum stimat pati ergo necesse est quod ista notificatio sit qui

Boetius

non verberibus et terro
re agendum est cum indos
vt eos ad fidem trahe
mus sed potius etc.

eta

eta et libera ab omni caligine perturbationem etc. ¶ Ex his pot
elici probatio illius quod sequitur scilicet quod hec notificatio debeat
esse suavis et amicabilis etc. Patet hoc totum primo. quia regula rerum
rhetorice prima est: quod qui vult aliqua aliquibus proponere atque
illa eis persuadere: opus habet animos eorum conciliatos sibi
imprimis habuisse: perquod benevolos attentos et dociles reddat
Secundum Tullium. 2. de oratore. ¶ Conciliantur autem per
vocis lenitatem et vultus pudoris significationem mansuetudi
nis ostensionem placida verborum comitatem queque maxime bene
volentiam parant secundum eundem ciceronem. ¶ Tum 2º. quia modus
naturalis quo creatura rationalis apta nata est moveri / duci / di
rigi / persuaderi et trahi ad quodcunque bonum est blande dulciter /
leniter atque suaviter moveatur / ducatur / dirigatur / persuadeatur
et trahatur propter arbitrij libertatem: scilicet: ita ut motus ille sit
illi lenis dulcis et suavis et connaturalis: quatenus sua sponte auscultet /
audiat / consideret / acquiescat et quicquid virtutis fuerit acceptet
ecclesias. 6. et faciat. Unde dicitur Eccli. 6. Verbum dulce multiplicat amicos
clemens et silvester dilecti et ab infidelibus propter mansuetudinem colloquii (Sicut de beatis Clemente et Sylvestro legimus: quod propter dul
cedinem eloquij et mansuetudinem gratiosam in conversando
erant dilecti non solum a fidelibus sed et a gentilibus et Judeis)
et sequitur in adducta eccli. aucte: et mitigat inimicos. hoc ap
paruit in Gedeone: qui viros Ephraym concitatos contra: miti
valerius gavit per verbum dulce Judicium 8. Et Valerius maximus lib. 5.
loquens de laude humanitatis ait: Humanitatis dulcedo etiam
efferata barbarorum ingenia penetrat torvosque et truces hostium
mollit oculos ac victorie insolentissimos spiritus flectit: nec illi
arduum ac difficile est inter arma contraria inter districtos
comminus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram: pros
ternit odium: hostilemque sanguinem hostibus lachrymis per
miscet etc. et huius rei ratio est generositas animi humani.
seneca. Nam secundum Senecam. Animus humanus magis ducitur
quam trahatur. habet enim mens humana quoddam sublime et altum
ac impatiens superioris sed delectatione cuiusdam subijcitur

reverentie

reverentie seu lenitatis. et c. ¶ Debet igit' notificatio illa suavis & amicabilis esse et modestissima et animorum audientium conciliativa: ¶ Ulterius diximus esse debere morosam et cum temporis intervallo plurium dierum successiva: quod patet primo: quia cum ea significaturi sunt de fine causa finalis adventus sui scilicet ad docendum eos de uno de vero deo domino creatore omnium et deum pertinentijs que fides predicat catholica: sint eis nunquam audita nec cogitata quidem / tam nova / tam admiranda ut pote transcendentia omnem nature facultatem: manifestum est indigere tractu sive mora temporis non minima Immo magna et maxima ad cogitandum de hisque proponuntur: utrum sic habeant in veritate ut astruuntur. Nam cum ista que de deo gentibus illis proponi habeant non sint manifesta intellectui statim esse vera: sed oportet precedere aliquam ratiocinationem ad credendum ea esse vera: itaque intellectus non concedit ea esse vera. nisi velit: & nisi per voluntatem et ex proposito ratiocinatus fuerit circa ea sufficienter. Ratiocinari autem secundum magnum Dionisium 7. de divi. no. est procedendum per quendam discursum de uno intellecto ad aliud: et sic ratio vel intellectus vel homo per rationem vel intellectum cogitat, inquirit, et discurrit de uno in aliud eorum que audit antequam assentiat vel assensum prestet. ergo nationes ille indigent intervallo et processu non parvi: temporis: ad hoc quod ea que sibi proponuntur audiant / cogitent inquirant / discurrant et intelligant. Quare notificatio cause adventus hyspanorum seu regum nostrorum legatorum ad gentes illas: necessario morosa est plurium dierum successiva et non repentina debet esse.

¶ Tum 2o. ea que de fine vel causa finali adventus hyspanorum gentibus eiusmodi sunt in principio applicationis sue ad quemlibet locum vel provinciam proponenda: sunt insolita & inconsueta et nunquam audita ~~et inconsueta na~~ / nec somniata ut predictum est. Sed insolita et inconsueta naturaliter judicamus minus digna auditu et receptione tanquam minus nota et extranea a ratione: et sic minus vera propter hoc quod sunt inconsueta secundum Phm 2. Metha. Nam si qua dicantur nobis preter ea que consuevimus 2.a ratio.

mus

mus audire non videntur nobis similia in veritate hisque con suevimus audire ergo ad hoc q digna videantur auditu & simi lia in veritate hisque consuevimus audire oportet apud nos esse consueta. Ea .n. que sunt consueta libentius audiuntur et faci lius recipiuntur. Sunt .n. consueta jucunda. Dignum namq3 videtur nobis ut ita dicatur de quocunq3 sicut consuevimus audire. Illud .n. quod est consuetum est nobis magis notum et jucundum. Cuius ratio e quia consuetudo vertitur in natu ram. Sed consueta esse non possunt nec consuetudo generari nisi ex frequentatis actibus & ad frequentationem actuum necessario requiritur temporis et plurium dierum interval lum. g. ut ea que de causa aduentus hispanorum scilicet de deo et de preambulis ad illud et sub sequentibus: in principio gentib9 prefatis notificanda sunt esse possint eis consueta et Jucunda et sic videantur eis digna auditu et similia hisque vera sunt vel con sueuerunt audire libentiusq3 audiantur & facilius recipiantur: oportet q notificatio prememorata sit morosa et plurium dierum successiua: in quo temporis interuallo frequenter et frequentis sime illa proponantur / repetantur explicentur / distingantur: quatenus ex tam frequentatis actibus paulatim in cordibus audi entium generetur quedam vis et dispositio siue consuetudo Jucunda vel habitus que causat inclinationem quasi naturalem qua hu manus animus juuetur & disponatur: ita ut prefata eo q3 iam consueta audiri / facta sunt sibi jucunda: videantur consona ve ritati et per qns digna ut audiantur credantur / et recipian tur. Patet igitur qualiter supra dicta notificatio de causa et fine aduentus hispanorum fienda et nuncianda gentibus et habita toribus illius indiarum orbis esse debet tempestiua quieta (idest) libera quantum ad intellectum et rationem a quacunq3 perturba tione: suauis et amicabilis modestissima et animorum audienti um conciliatiua morosa denique cum temporis interuallo succe ssiva & non repentina /.

§. 15.

Particula 8ª.

¶ Interim protectione vel defensa predicatorum fidei et nunciorum regum nostrorum: quod debeat fieri aliqua turris vel domus aliqualiter fortis pretextu alicuius necessitatis cuius constructio erit facillima factu: cum non oporteat illam facere ex lapidibus politis et quadratis: sed sufficit vel terrea esse vel lignea ob imbecillitatem et penuriam armorum indigenarum. Melius tamen esset ex terra fabricare illam cum tecto ligneo tegulis cooperto propter periculum cumbustionis. Hoc. n. facere ad prudentiam pertineret ducis nunciorum regum nostrorum quatenus periculis et incommodis obuietur futuris: et ideo melius est ante tempus occurrere: quam post exitum etc. Ut diximus supra. Non. n. statim credendum est extraneis et ignotis nationibus: licet preseferant amoris signa, pacis et comitatis. Quamquam de nris indianis populis antequam nos ex operibus nostris cognoscerent timendum nobis nullatenus erat: quoniam nihil fictitium nihil fucosum gerere erga nos interius exteriusque sciebant: sed simplici corde magna cum admiratione Jubilo et alacritate paterna quadam humanitate hospitalitate miracum omni genere beneficiorum recipiebant et afficiebant nos etc.

Particula 9ª.

Exhortatio miti verbo
ac dulci etc.

¶ Videlicet ut in aliquo loco congruenti conveniant ad audien-

dum

dum ea que fidei sunt etc. Hec particula satis apparet ex probatio
ne precedentium presertim illarum (scilicet) salutatio et alloqutio
humilis: et conuersatio exemplaris et notificatio tempestina, quie
ta suauis amicabilis modestissima et animorum audientium
conciliatiua morosa etc. ¶ Simili censura opus subsequens par
ticula (scilicet) predicatio fidei distincta discreta et secundum
formam a christo statutam regulari: quatenus effectus desideratus
(hoc est) conversio animarum illarum cum diuino adiutorio sub
sequatur: per ingressum eam in sacra sanctam ecclesiam catholi
cam susceptu sacri baptismi sacramento voluntarie.

¶ Particula. 10ª.

¶ Informatio per eosdem fidei preco
nes de titulo regum nostrorum. etc.

¶ Que quidem informatio de titulo quod sit necessaria probatur. primo. sic
allegans titulum singularem secundum Jura debet probare et si
sit filius cum presumatur pro herede vniuersali. l. si ue possidetis
et ibi Bal. C. de proba. sed ex parte regum nostrorum allegatur
titulus singularis et extraneus nouus et mirabilis quantum ad illos
populos. Illi vero populi et reges eorum presumunt immo sciunt
et scimus se esse veros dominos et iustos illius eorum orbis possesso
res ergo necesse est quod probetur eis ex parte regum nostrorum
titulus quem ad dominium vel iurisdictionem illarum terrarum
pretendit se habere: atque plene doceantur de titulo. ¶ Consequentia
clara cum Maiore. Minor probatur: quia quilibet possessor
Cynus
presumitur credere se dominum Cynus in. l. cum alienam. C.
Bartho
de alega Bartho. in. l. 1. si de momen. posse. fue. appel. 1. colu.
possessor habetur pro domino
verb. extrano. possessor. n. habetur pro domino si possidet tanquam
dominus glo. Bartho. et docto. in. l. quidam. insti. ff. de condi.
insti. ¶ 2º. sic probandi onus incumbit ei qui asserit vel dicit. l.
actor. C. de proba. l. ei qui. ff. eo titul. l. qui accusatore. C. de e
dendo
e.

dendo. Item agens et quicunque allegat vel agit debet probare quod allegat. d. l. actor et ibi Cynus bartho. et bal. quod verum est nisi habeat presumptionem pro se l. ei incumbit. et ibi bartho. ff. de probatio. maxime specialem. l. cum indebito eo titul. Item si actor non est in quasi possessione juris quod asserit. l. circa eum per barth. eo titulo. Item est verum et si reus habeat violentam possessionem. d. l. circa eum. et l. vis eius et ibi baldus in verb. quero hic nunquid agens. C. de probatio. ¶ Sed reges nostri in negocio isto non habent presumptionem pro se respectu illorum: nec sunt in quasi possessione juris quod asserunt se habere: Illi vero populi et orbis totus non est nec sunt in possessione violenta sed propria debita vera naturalis et pacifica ergo probandi onus eius quod asserunt incumbit regibus nostris. Et per consequens debent docere de titulo ad probandum et fundandum intentionem suam quoniam clara. ¶ Preterea generale brocardum est quod qui petit dominium in aliqua re: oportet quod probet C. de rei vendi. doce. de alie. Iudi. l. 1. et Innocen. in. C. in ter quatuor de maio. et obedi. ¶ Rursus 3º. sic quando aliquis petit debitum aliquod debitore negante probatio incumbit petenti: signanter quoniam adversarium non est fundata intentio: quia negativa non debet probari per negantem sed per adversarium in casu dicto scilicet quoniam eius non est fundata intentio. Bal. in. l. si ex cautione 2. colu. sed reges nostri si peteret debitum scilicet obiam et subjectionem ab illis populis indiarum orbis: et ipsi negant ut merito possunt cum sint liberi ut ex dictis constat constabitque lucidius inferius neque reges nostri habent suam intentionem fundatam populi vero ipsi sic ergo negativam illam per reges nostros debet probari. Sed hoc est docendo de titulo ergo tenentur reges nostri docere et fidem facere gentibus eius modi de titulo quem pretendunt se habere ad universale ~~modi~~ versale dominium et principatum orbis illius. ¶ 4. sic probatur per arg. a maiori quoniam si habens possessionem quoniam habet jus in contrarium cogitur ostendere titulum ergo multo

melius

[Margin: probandi titulum onus incumbit regibus hispanie quia non erat in quasi possessione neque est presumptio pro eis.]

[Margin: qui petit dominium in aliqua re oportet ut probet]

[Margin: baldus]

melius et fortius qui neque Jus neque possessionem noscitur hacte
nus habuisse. Nam ubicunque Jus resistit alicui volenti aliquam

quando quis contendit in preJudicium alterius ius ipse probet.

rem sibi vendicare potissime in preJudicium alterius: opor
tet ostendere et docere de titulo sicut in volente prescribere.
Ut est casus in c. 1. de prescrip. lib. 6. et hoc etiam si habeat pos
sessionem rei sine qua non potest prescribi. de prescrip. c. illud.
16. q. §. potest et in regula sine possessione lib. 6. facit ad
propositum nostrum textus satis acomodatus et notandus in
c. cum persone de privileg. lib. 6. ubi subditi episcopi si dicant

textus notandus quod quando procedit quis ad aliquam rem teneatur probare

se exemptos ab episcopo propter juris resistentiam quam habent
contra se: oportet ante omnia ostendere titulum sue exemp
tionis. quod si non ostendant et prescriptionem probare nitantur
probatione prescriptionis precedente: cum de Jure comuni or
dinariorum intentio sit fundata: sua Jurisdictione uti possunt
libere in eosdem donec de prescriptione canonica fecerint plenam
fidem, quamvis illi sint in possessione exemptionis. Ex quo infertur
ille textus secundum aliquos quod lite pendente possit iste possessor
contra quem facit Jus commune turbari et violenter expelli

Ancharranus.

sicut qui possidet vi aut clam aut precario. Ita dicit Ancha
ranus ibi. ii° notabili. Cogitur ergo quis ostendere quo titulo
possidet vel petit aliquam rem quando est contra Jus comune:
alias poterit illa privari si possidet vel suam repudiari petitio

Bal.

nem si possidendam petit. Ut patet ex predictis et tenet Bal.
in l. 2. 2. colu. C. quomodo et quando judi. dicens quod qui preten
dit titulum sue possessionis: quem refert et sequitur aluarotus in c.
1. in prin. de controuer. investi. Si igitur quis in rei possessione
existens quando habet Jus contra se contra se cogitur ostendere ti
tulum: sequitur fortiore ratione Reges nostros hispaniarum
teneri ostendere titulum quo fulti peterent a gentibus et po
pulis illis recipi in Dominos et sic obedientiam etc. Cum
nec possessionem nec proprietatem nec aliquod Jus in et ad
regna illa et gentes noscantur hactenus habuisse: atque pro
inde resistat eis omne Jus comune naturale humanum et divi

num

num. quod tamen fauet totum et patrocinatur incolis et habitatoribus orbis illius iuste possidentibus illa. Maius .n. est rei possessionem habere et legitime ius assequutum fuisse: qz solummodo rei titulum pretendere in re aliena. ¶ Ad propositum facit quod dicit Panor: post Innocen. in .c. post electionem. de conces. preben. qp contra agentem possessorio excipitur defectu potestatis in conferente vel in eligente. et talis exceptio admittitur vt in .c. cum olim. de caus. poss. et proprie. Non .n. debet alicui possessio dari quam nunqz habuit: nisi prius constet de suo legitimo titulo. l. fi. C. de edic. diui. adri. tollen. Reges igitur nostri nunqz habuerunt possessionem neqz proprietatem illius orbis anteqz orbis ille detegeretur. Item possunt optimo iure ses gentes ille cum dominis et regibus suis excipere de defectu potestatis in summo pontifice qp tradidisset dominio et iurisdictioni ac seruituti alterius extranei regis: Reges magnos et gentes ac populos et regna libera libertatem iure nature et gentium possidentes. Unde patet: qp reges nostri tenentur docere nationes illas de titulo quem preseferunt vt ordo naturalis et iuridicus seruetur vt in glosa dicitur.

§. 16.

Particula .ii^a^.

¶ Post ostensionem de titulo. qp modestissime blandissime / discretissime atqz dulcissime quo ad fieri poterit debeant gentes et populi ac reges eorum persuaderi / moueri et induci bonis rationibus dulcibus / blandis verbis et suauibus inductionibus: ostensis commodis que indie adepturi sunt adhoc qp prefate institutioni papali de regibus nostris in vniuersales principes et dominos illius orbis voluntarie consentiant et c.

¶ Probatur hec particula multipliciter sed memoranda sunt aliqua

qua prius supra deducta, quorum primum est: quod apud illos infideles et similes juste ac legitime dominia et Jurisdictiones principatus et regales dignitates esse Jure nature et gentium confirmata per Jus diuinum vtriusque testamenti. Vt probatum fuit supra. §. 5. et. 6. in prima consideratione. ¶ Secundum memorandum est quod gentes eiusmodi ac populi cum suis regibus et principibus sunt vel erant liberi quando eas inuenimus: nullum extra se recognoscentes superiorem habentes dominium merum mixtum imperium et omnimodam Jurisdictionem atque omnia jura principis que apud nos tribuimus imperatori vt patuit vbi immediate allegatum et patebit expressius infra. §. 25. conclusione. 4ª. ¶ Tertium quod summus pontifex per dictam institutionem vel prouisionem de regibus nostris: non intellexit priuare Reges et dominos naturales suis dominiis vel iurisdictionibus Juribus aut dignitatibus etc. Quia nulla subfuit causa vt late probauimus in 4ª. et 2ª. considerationibus. ¶ Sis ergo memoralis propositi particula hec primo sic. Eiusmodi promotio vel institutio papalis de regibus nostris in superiores illius orbis et super reges naturales illius: affert magnum preJudicium eorum libertati cum sint liberi nullum recognoscentes superiorem ergo oportet quod bonis rationibus suadeantur moueantur, et inducantur ad hoc quod dicte institutioni vel promotioni consentiant libere ac eam ratam habeant. ¶ Antecedens patet: quia cum populi et comunitates ille dando eis nouum regem super suos naturales reges vel dominos: essent de inceps duplici onere grauate eo quod cogerentur duobus immo pluribus dominis seruire et seruare fidelitatem. Vnde ducerent in duplicem ac duriorem seruitutem. Similiter Reges et principes eorum cogerentur habere super se dominum et recognoscere superiorem quod honeri est regibus liberis magnifestum est quod tales promotio siue institutio papalis de regibus nostris super illum orbem affert magnum preJudicium libertati vtrorumque subditorum (scilicet) et regum naturalium vel dominorum. Est enim quedam seruitutis species. vt. ff. de vsuffruc. l. si cuius. §. 1. et. l. cum seruum ad fi. C. de serui fugiti. et, qui sub est Juris dictioni alicuius dicitur quasi seruus illius. Et Juris

dictio

Marginal notes:

illegentes habebant sua regna et dominia et nullum recognoscebant superiorem.

bonis rationibus debet persuaderi incole noui orbis vt regem admittant

promotio siue papalis institutio in nouo orbe de regibus hispanie affert per Judicium libertati incolarum

dictioni alicuius dicitur quasi seruus illius. Et Jurisdictio equiparat² dominio secundum Baldum in d. l. cum seruum. et no. glo. d. l. Si eius et in c. cum olim el. 2. de priuil. Ibi ius professionis quod est contrarium libertati et in c. ne dei de Symo. in quibus omnibus no. quod Juramentum fidelitatis vel fidelitas et subiectio ipsa est quedam seruitus. Vt no. Bal. in l. si aquam. C. de serui. et aqua plu. ¶ Seruitus aut est qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur vt in l. libertas. ff. de statu hominum. et insti. de iure persona. §. seruitus et .1. dist. 6. ius gentium. Nam in hoc differt seruus a libero: quia per seruitutem adimitur quod alias ei competebat scilicet libere agere ac de sua persona et suis posse ad libitum disponere. Unde liberum dominium non habet quis super actuum circa quem cum illum vult exercere impeditur aliqualiter. Omnis. n. contra dictio vel prohibitio siue temporalis siue perpetua contra dicit libertati vt in d. l. libertas. Unde diffinitio libertatis est naturalis facultas (idest) possibilitas eius quod cuique facere libet nisi quod vi aut iure prohibetur. ¶ Quando aut vis aut necessitas infertur quecunque ~~facere libet~~ facultas agendi vel disponendi libere tollitur et sic libertati preiudicatur et per consequens tristitia et flebilitas causat². Sic dicit philosophus .5. Metha. loquens de violento et necessario quod violentum infert: quod omne violentum est triste siue flebile. Quod probat per dictum cuiusdam poete dicentis quod omnis res necessaria siue violenta est tristis siue lamentabiles. Necessitas. n. est quedam violentia. Vis (inquit) poeta me facere coegit idest necessitas. Ubi .s. Thomas. dicit violentum est quod est preter naturalem inclinationem rei naturalis. Et est impediens propositum in prosequutione motus voluntarij iam incepti. et prohibens etiam ne incipiat. Unde est impediens voluntatem contristamur. Tristitia. n. est de his que nobis nolentibus accidunt. Omne aut triste est odiosum et horribile quia natura semper in quantum pot. fugit triste: appetit. n. delectabile secundum phm. 8. ethic. et huiusmundi est seruitus: quapropter hoc dicitur mortis imago secundum Polycratum. lib. 7. c. 17. et ff. de regul. Jur. l. quod attinet. et extremum malorum omnium non solum bello sed morte repellendum est se

cundum

Jurisdictio equiparat² dominio.

qui subditur Jurisdictioni alterius est tanquam seruus eius.

Bald9.

Seruitus

cundum Tulium in philippicis. c. 2. et salustius in cathilina libertatem nemo bonus nisi cum anima simul amittit. ¶ Cum igitur instituendo super nationes illas et reges earum alium regem vel dominum deducantur in servitutem qua eis adimit libere agere et de proprijs personis et statibus et suorum non posse disponere ad libitum: unde liberum dominium non habet super actus circa quos cum illos voluerint exercere vel publice id est in bonum comune suarum rerum publicarum quantum ad reges et dominos: vel priuatim (idest) unusquisque privatus ad bonum priuatum impediuntur: atque proinde omnia hec sint contraria voluntati ut pote contra inclinationem naturalem ergo magnum et enorme preiudicium prefata papalis institutio de regibus nostris affert eorum libertati et ideo merito eis erunt hec flebilia et valde contristantia. ¶ Consequentia vero probatur quia persone aut comunitates libere sive liberi populi possunt sua sponte se subijcere aliorum iudicio, vel gubernationi quibus vis non sint superiores. Unde per pactiones que interveniunt inter homines potest quis obligare personam suam et conditionem facere deteriorem. l. cum scimus. C. de agricol. et censi lib. xi°. et l. 1. §. 1. et l. Jurisgentium et pretorum. ff. de pactis. et. c. 1. et. 2. extra de pactis. Idem est in regnis et quibuscumque comunitatibus liberis ut in. l. ut preiudicium illud patienter tollerare velint bonis rationibus et suavibus inductionibus sunt mouendi suadendi et inducendi et certe rogandi. ¶ 2°. Idem sic probatur. Regna illa et populi totius illius orbis sunt vel erant iure naturae et gentium liberi tempore quo eos invenimus reges vel principes habentes non recognoscentes extra se aliquem superiorem de iure nec de facto ut sepe repetitum est ergo sine consensu libero et beneplacito eorum non potest eis dari alium nouum regem ergo ad hoc quod eiusmodi consensum libere prestet: oportet illos dulcissimis mansuetissimis immo simplicibus verbis / suavibus inductionibus et bonis rationibus moveri induci et persuaderi. ¶ Consequentia 2a patet. 1a. probatur. tum 1° quia fieret eis ~~vide~~ violentia gravissima

Sine consensu libero regum et populorum non potest nouus rex in nouo orbe poni.

gravissima in Iuria et damnum enormissimum vt pote subijceremus reges et regnicolas dominos et subditos servituti contra naturale Ius et rationem. ¶ Item. 2° quia esset talis principatus violentus vsurpatus et tyrannicus. Vt probatum 1. q. 1. c. principatus et C. de sacros. ecclie l. decernimus. Vbi baldus dicit quod prouintie que consueuerunt Regi per Reges et principes suos dicuntur esse sub eorum naturali dominio (idest) de iure gentium vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. et iu. et si alius accipiat ibi dominium contra voluntatem regis (adde et populi iuxta dicenda infra. §. 28.) Ille est tyrannus quia (inquit baldus) vsurpata dominia dicuntur tyrannides. hec ille in forma. Vbi etiam addit quod inuadentibus castra pertinentia ad iustos dominos non possunt illa castra concedi per principem sive inuadentes sint private persone sive singulares: siue sint comunitates vt in l. 2. C. de fundi. et salti. lib. 11°. vbi hoc notatur hec bal. Eandem sententiam tenet in verbis formalibus Angelus de perusio in repeti. l. ciuitas. ff. de rebus credi. /.

usurpata dominia dicuntur tyrannides sic baldus.

angelus de perusio /.

§. 12.

¶ 3°. Probatur eadem consequentia prima: quandocunque homo liber et fortius liber populus vel communitas habet obligari ad aliquod onus subeundum vel soluendum aliquod debitum et generaliter quando tractatur de preiudicio potissime multorum: oportet omnes quos res tangit vocari et consensum liberum ab eis obtineri alioquin nihil valebit quod agetur. vt infra patebit. Sed si superponeretur Rex noster hispaniarum nationibus illis et principibus eorum in regem et dominium vniuersalem de iure aut de facto: obligarentur saltem ciuiliter quoad forum Iudiciale vel humanum judicium ad grauissimum onus et ad soluendum debitum intolerabile: vt pote recognoscere in regem et dominum: hominem quidem ignotum sibi reges alterius extranee nationis et propterea suspectum valde: prestare subiectionem. obedientiam reuerentiam reditus, servitia noua vestigalia ceteraque regalia iura. que vtinam de die in diem non crescerent, tanquam spuma maris Immo non vt

nota pro illis qui tributa pendebat in servitio minezalium /.

in noua hispania est videre quod cum esset moderata illa pro excesiva modo augentur /.

a terra incelum ardens et cuncta deuorans flama. Unde tractatur de incomparabili et forte de damno irreparabili ergo oportet omnes reges et populos vniuersos illarum rationum vocari et consensum illorum liberum abeis expectari. et obtineri. Sed hunc nunquam saltem liberum (que qualitas necessario requiritur prestabunt ergo vt ab eis obtineatur opus bonis rationibus: et suauibus dulcibus et melifluis inductionibus suadeantur et inducantur. ¶ Minor est plana: quia cum maior probatur. i. quia notum est in iure citandos seu vocandos esse omnes quos negocium tangit debet ab omnibus approbari. De regu. jur. lib. 6. videlicet omnes illi qui leduntur vel quorum Juri. detrahitur: vel quibus prejudicium fit. Quibus data est potestas a Jure naturali et diuino et humano consentiendi vel contradicendi vt dicit Baldus in. l. Nam ita demum. ff. de adoptio. Quod intelligitur secundum Innocen. et omnes in. c. cum omnes de constitu. Quando aliquid est comune pluribus vt collegiatis vel tanquam vni corpori. Sed vt singulis vel super jure singulari. Tunc. n. opus scire et consentire singulos alias non valet quod fit a pluribus nisi omnes consentiant siue simul siue separatim secundum Innocen. ff. de servi. rusti predio. l. per fundum. Et secundum bal. probatur ista destinctio in. d. c. cum omnes. et in. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. et ff. de regul. jur. l. ~~aliud~~ aliud. §. refertur. Ubi plene de hoc. Ut ecce si plures habet fundum communem et volunt constituere servitutem in fundo opus omnium consensum interuenire: alias defectus vnius redit constitutiones in vtilon. vt ff. de servi. rusti. predio. l. receptum et d. l. siper fundum. et. ff. de aqua pluuia arcen. l. in concedendo. C. de aucto. prestan. l. vlti. ff. de adoptio. l. ita diuus. vbi dicitur quod qui leduntur vocandi sunt in confirmatione adoptionis. ¶ Si plures habent seruitutem aque ducende ex eo fonte et dominus velit concedere alijs cum diminutione juris primorum: non poterit nisi consensu primorum. De his ~~Dignus~~ Dynus in. d. regula quod omnes tangit et glo. ibi. et inno. in. d. c. cum omnes de consti. Panor. et feli. ibidem. ¶ Et maxime requiritur vocatio vel citatio et consensus omnium eorum qui aliquod interesse pretendunt aut prejuditium timent futurum

notanda.

baldus.

si aliquis deest quos tangit ratio secundum vtrum institutio de nodo facta

Inno.
panor.
feli.

futurum quotienscunqz ab aliquo populo vel gente petitur obedientia
vel subiectio et cetera iura regalia. Manifestum n. est q hec causa
omnes tam magnos idest reges et dominos principes proceres et magis
tratus seu capita ciuitatum et populorum: qz paruos et singulos opz
vocari: et omnes et singuli habent consentire alias nihil valebit:
quidquid factum fuerit in contrarium. Nam si in concedendo haustuz
aque vocandi sunt omnes qui ius habent et in confirmatione adoptionis
eo q detrahitur iuri vnius cuiusqz vel singulorum et tractatur de singulo
rum preiudicio et iniuribus preallegatis: qz fortiori ratione vocandi
essent et ab eis magnis et paruis voluntarium consensum expetenduz:
quorum omnium iuri adeo detrahitur q populi et principes liberi existentes nul
lumqz recognoscentes superiorem reges principes et subditi magni et parui per
dant suam amabilem libertatem obligentur ad obiam ad subiectionem perpetuaz
ad reuerentiam redditus et alia iura soluenda regalia. Pretendunt n.
omnes magni et parui. Idest principes et domini: et populi eorum et
subditi maximum interesse. Et principes quidem patet: quia dominus
temporalis liber existens nulli subiectus: fit seruus quoddammodo. Ite
si subditi sui alterius ditioni subiciantur diminuitur eius auto
ritas dominium et potestas simul et commodum. Item subditi eius
duplici onere Jmo multiplici grauantur. Quod est contra rationem
naturalem. Vnde pot et debet se opponere pro conseruando iure subdi
torum arg. opti. ad hoc. ff. de dolo. l. cumquis. et extra de ordi. cogni.
c. 2. et de resti. spol. c. 1. et de appel. c. dilectis in tantum q ipse do
minus bellum mouere potest contra dominum temporalem oppri
mentem iura subditi sui: si requisitus iustitiam de illo facere negligat
vel recusat per cap. dominus noster. 23. q. 2. sic. no. Innocen. et hosti. Innocen. hostien.
in d. c. dilectis. et hosti. de tregua et pace. c. 1. et hoc quia interest
sua vt subditi non vexentur sui et ne sua iurisdictio violetur nec
commodum suum minuatur. Sic summus pontifex in extravaganti
Joannis primi asserit se ecclesie romane suorumqz fidelium dispendia
dissimulare non posse: quin postqz ei cognita fuerint adversus ea oppo
oportunis remedijs occursurum. Vnde dominus pot repetere sub
ditum suuz ab alio detentum vt possit munera personalia subire. l.
de iure. ff. ad municipia. de quo glo. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi.
et

et dominus repetit asciptitium suum . c . 2 . de jude . et glo .
in . c . autoritate de priuil . lib . 6 . et Panor in . c . dilecti de app
lla . circa prin . Item quilibet pot agere pro diminutione sui pa
trimonij . Et facilius quis jura sua percipit in re libera et vacu
te : qз ab alio possessa . vt in . c . fi . de resti . spolia . faciunt nota

Innocen.
bartho.

per Innocen . in . c . veniens de testibus . et per Bartho . in . l . a
Diuo pio . ff . de re . judica . ¶ Subditorum aut interest vt eorum
dominus sit liber et alteri non se subijcere : ne cogantur plures do
minos habere . Item sicut interest domini non mutare subiectum :
ita interest subjecti non mutare ~~subjectum~~ dominum et subijci
extraneo : et maxime si contingat illum esse alterius lingue aut
nationis : quia tales parum solent affectos esse subditis nec
multum de eis curare . Vt infra patebit . De his Hostien . in . c . di
lecti de maio et obedi . et ibi panor . et feli . et omnes et in . c . fi . co ti
tul . et Innocentius in . c . auditis . de prescrip . Vt si dominus ali
cuius loci vult subijcere illum locum alieno domino : possunt homines
loci illius contradicere secundum omnes in . d . c . fi . de maio . et obe .
et in . d . l . in tantum . C . de appellationibus . facit tex . in . d . l . imperial
in . § . preterea ducatus . de prohibi . feudi aliena . per frede colla . 10 .
Ubi singulariter habetur quod dominus feudi non pot inuito vasallo do
minium in alium transferre : ne iste vasallus cogatur habere alienum
dominum . Et si decedit dominus pluribus filijs relictis : non tenetur
vasallus omnibus prestare juramentum fidelitatis . Sed sufficit vni .
Quod est menti tenendum secundum Panor . in . d . c . delecti de maio .
et obe . et facit secundum eundem illud dictum hostiensis cum allegatio
nibus predictis : Vt rex non possit inuitis hominibus castrum vel ci
uitatem sibi subjectam alicui inferiori subijcere . Et Innocen . in . d . c .
auditis ait quod sicut interest domini non perdere vasallum : ita eque
interest subditorum non perdere dominum . Quod bene notabis inquit
Panor . et super glo . juncto textu . in . d . c . fi . quod dominus non
pot componere super jure superioritatis in per judicium sub
ditorum : nisi subditi consentiant ea ratione quia scilicet subdi
torum interest non habere plures dominos vel non mutare
dominum vt . d . l . imperialem et ratione glosse secundum eu

Valde notandum quod et si rex vel alius dominus vellet se subicere alteri regi populus posset contradicere et reclamare sicut in mexico contingit de Motecuma rege et ob id a suis cum lapidibus interfectus — f

pot

pot generaliter colligi q ubicunq subditi possunt pretendere aliquod
inter esse non ballet compositio facta per solum dominum ipsis subditis
non consentientibus (et posset addi) vel ad consensum coactis. Ecce
qualiter tam subditorum omnium quam dominorum interest ut in
questione vel causa prestande et subjectionis: et ad mittendi aliquem
dominum insuperiorem obligandi sese ad subeundum onus et onera
gravissima que ex inde subsequuntur: requiritur necessario ut vocetur
omnes et ab omnibus requiratur et obtineatur liber consensus cũq oẽs
et singulos res sine causa hec tangat: et per gñs ab omnibus et sin
gulis debeat approbari. Alias indubie quod factum fuerit nullius
erit firmitatis. Hoc pz pter jura supra inducta per capm. inter
quatuor de maiori: et obia: Ubi papa reijcit petitionem cuiusdaz
patriarche constantino politani petentis sibi subijci quasdam ecclias.
partibus, non citatis quia ubi de obia et subjectione agitur: nihil
attentari debet in prejuditium rei vel possessoris non citati. Ubi
textus dicit juris namq ratio postulat ut in eorum prejudicium
quibus eiusdem ecclesie sunt subjecte nihil ordinemus de ipso: cuq
nec citati sint nec convicti. etc. ¶ Inquo etiam capo. ait Inno
centius et alij doctores post eum q peccaremus si ab aliquibus
obiam. vel subjectionem interim q subjecti alijs sunt peteremus et
puniendi sumus etiam si ipsi sponte se nobis subijcerent. Allegat
capm. placuit .16. q. 13. Et ratio huius est quia interim furtum
et violentiam et injuriam alio possessori facimus: donec causa
sit cognita judicialiter et autoritate Juris rite inter posita: et ipi et
subditi subtrahendo obiaz possessori peccant nisi prius ab eius obia
absolvatur qd nõ pot fieri si presens non est ille cui modo obediunt:
et quia non est contra eum in Justo Judicio actum secundum Innocẽ.
et Bal. in. d. c. inter quatuor no. 8. q. ulti. c. nonne. et no.
per eundez Inno. et alios in. d. c. audilis. Allegat Bal. ad pre
dicta. ff. de acqui posses. l. Juste. ¶ Cum igitur hoc q est suscipere
regem nostrum hispaniarum in dominum universalem omnes illas
nationes indiarum non solum reges et principes populos provintias,
civitates municipia et loca: verumetiam et singularis personas unj
uscuiusqz provintie civitatis municipij et loci tangat: ut pote opz

omnes

notanda pape determinatio.

notanda

pro illis qui in nova hispania quando in mineralibus servie bant.

omnia notanda pro illis q in novo orbe

ex hoc ppatur q̃ las ẽcomẽdas y repar timjos no se pueden jus tificar porq̃ seg̃u al señor y se le da otro de nuevo c̃o su voluntatem

omnes et singulos ad subeundum maximum onus et soluend[um]
debita magna obligari: perdere vel saltem multum diminuere
et si recte ac prospere res sive gubernatio cum eis agatur pro-
priam libertatem tam regum et principum quam populorum et singu-
lorum incolarum: quam quidem totaliter amittere probabilius est quam
quod minima gaudeant libertatis parte (quod certo certius esse imo fi[t]
et nunc esse prout rei probavit probatque eventus) prestando su[b]-
jectionem obedientiam reverentiam et multiplicia Jura regalia: et
proinde tractetur de suo preiudicio maximo: quia omnes leduntur
et eorum omnium Juri detrahitur: et cum liberi existant eis a
Jure naturali potestas et facultas consentiendi datur et contradicendi
ergo omnes tam magni quam parvi universi populi et persone
singulares sunt vocandi et ab eis omnibus consensum liberum ex-
quiri et obtineri. Sed hunc saltem liberum (que qualitas id est liberta[s]
necessario requiritur) nunquam prestabunt. ut patet. ergo ut ab eis
liber consensus obtineatur: oportet bonis rationibus suavibus dul-
libertas requisita ad electionem. cibus et melifluis inductionibus suadeantur. ¶ Quod autem libertas
in consensu prestando necessario tanquam necessaria qualitas requiri-
tur probatur per textum valde notabi. in c. Ubi periculum §.
ceterum de elec. lib. 6. ubi dicitur quassat electio ubi adimitur li-
bertas eligendi. Ubi ponderandum est verbum libertas requiritur
ergo in electione vel acceptatione cuiuscumque futuri superioris
vel rectoris a personis liberis eligendi vel acceptandi consensus
liber. Si ergo adest consensus sine qualitate libertatis non est illa
electio. instar matrimonii carnalis. Ut in c. cum locum. et
quod ibi not. de sponsal et glo in c. quisquis. de elec. ¶ Con-
bartho. cordat Bartho. in tractatu de tyranno: ubi ait quod si civitas
habens electionem rectoris et per tyrannum compulsa eligere[t]
Rectorem: non valeret electio. Unde sententie late ab illo
rectore essent nulle. Pro quo bene facit l. 2. ff de iudici. Ubi
requiritur liber consensus in transferenda et subroganda
Jurisdictione. Ex quo etiam infertur: quod si tyrannus ibit ad ci-
vitatem liberam cum exercitu: civitas elegit tyrannum in domi-
num transferendo in illum omnem Jurisdictionem: non valet
quod t

quod tali timore agitur. et per gns non valebunt gesta a tali tyranno quod firmat Bartho. in d. tracta. de tyranno adde hic que notantur ab omnibus in l. decernimus. C. de sacrosanc. eccle. et calderi gsilo primo et Anchar. gsilo. 300. Panormi. in c. licet de euitanda. 10. colu. de electio.

§. 18.

Quarto probatur q sine consensu libero et bene placito illorum populorum et regum ipsorum non pot eis dari aut constitui alius nouus rex super reges naturales suos sic. Autoritates et exempla sacre scripture possumus allegare ad decisionem causarum et determinationem dubiorum vt est textus in c. per venerabilem extra qui fil sint legiti: et ibi no. et in c. 2. de prescrip. et in c. cum apostolus. de censib. et de preben. c. cum secundum hoc probatur et per duas glo. ciuilis juris. Altera in aut. Ut iudi: sine quoquo suffra. §. cogitatio in verbo eloquiorum. Altera in l. illud. ff. ad l. aquil. bal. in aut. ad hec. 2. colu. C. de vsur. Idem bal. allegat aptum in rubrica. C. de fide instru. Et hoc dicunt iuriste verum nisi esset lex contraria diuine autoritati quia tunc stabitur legi. limitatur tamen hoc: nisi autoritas diuina loqueretur in concernentibus animam quia tunc non solum est superior legi ciuili. §. finali de secundis nuptijs: sed etiam canonice vel auditori canonis. 25. q. 1. c. sunt quidam de hoc vide atur. feli. in c. exparte el. i°. 20. colu. de scrip. Sed in sacra scriptura inuenitur ordinatum: adeo vt in datione vel constitutione noui et summi principis a principio celebranda etiam de principe quem deus signauerat. seu elegerat interueniret consensus liber et autoritas et acceptatio voluntaria populorum: sine qua etiam diuina institutio de principe summo effectum non sortiebatur ergo sine consensu libero et beneplacito illorum populorum et regum ipsorum non pot eis dari vel constituere Regem nouum. Notanter dicimus a principio scilicet antequam regnum vel principatus deferatur per successionem. Cum a principio omnis principatus vel regimen populi originem duxerit a consensu et electione populi. l. ex hoc Jur. ff. de justi. et Jur. et. ff.

Sine consensu populorum non pot de nouo rex constitui.

omnis principatus a cosensu populi traxit originem

de orig. Jur. l. 2. §. deinde cum essent. et §. nouissime. et ff. de consti. prin. l. 2. et insti. de Jur. na. gen. et ciuil. §. Sed et hoc studiosum. et in aut. de instru. cau. et fide. §. et quia impe

De Utero. 17. rium. que patet. Minor probatur per illud Deuteronimi. 17. Ubi sic dr: cum ingressus fueris terram quam dominus Deus tuus dabit tibi et possideris eam habitaverisque in illa et dixeris consti tuam super me regem sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitue quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum etc. ¶ In quibus quidem verbis duo decreuit dominus debere concurrere ad institutionem regis et executionem regie potestatis. Alterum ex parte instituentis scilicet quod divina pro videntia fuisset electus expectando in electione Judicium dei. Alterum ex parte populi: videlicet: quod talem adeo in regem electum populus Voluntarie reciperet liberaliterque ratum haberet atque possessionem traderet regni. Que duo clare denotant predicta verba scilicet illa constituas quem dominus deus tuus elegerit. Ubi actus volunta rius idest consensus et approbatio populi requirebatur ibi eum constitues idest ratum habebis seu acceptabis et regem habebis super quem deus insinuauerit tibi eligisse: vel sibi placuisse ut sic rex. Unde licet deus potuisset constituere regem super populum hebreorum et inuitum: tum quia dominus vniuersorum est ad hebre. 1. et quilibet homo et quisquis populus est seruus Dei per naturam: et plusquam seruus scilicet sicut possessio inanimata ad suum possessorem et sic pote rat facere de re sua quicquid vellet: et precipue quod apud ipsum sunt dominia et Jura regnorum terre: et pot illa dare cui voluerit ut appa ret Daniel. 4. Donec scias quod dominatur excelsus in regno hominum et cui voluerit det illud. Tum maxime quia ille populus sub speciali Dei cura regebatur ut aparet Deut. 7. te elegit dominus deus tuus ut sis eius populus ~~sub speciali~~ peculiaris. Et exodi. 19. Eritis mihi in peculium. de cunctis populis. Noluit tamen priuare illum privi legio juris naturalis quo spectat ad omnem hominem et ad omnem populum liberum submittere se propria sponte alterius regimini si viderit sibi utile esse. Deus. n. non destruit vel abrogat opus suum vel Jus naturale quod á principio ipse tam sapienter tam ordi nate tanquam immutabiliter instituit. Nam diuine proui

dentie

dentie non est naturas cogere vel corrumpere ut magnus Dionisius 4. de divi. no. ait. Unde sicut ex divina ordinatione vim habebat precepti quod populus voluntarie illum quem Dominus eligeret consti tuerent super se in regem idest ratam haberent talem dei elec ctionem et possessionem regni eidem traderent: ita eque ordina tione divina consensus et rati habitio populi et traditio possessio nis regni ad exercitium regie potestatis necessario requirebatur. Quem quidem populi consensum et acceptationem possessionis quod traditionem regni si Deus non requireret: dixisset utique tantum= modo: is erit rex tibi quem dominus Deus tuus elegerit: nec opor tebat cum constitues: ~~innuit~~ quem dominus etc. Quia tamen dixit eum constitues: innuit evidenter ordinatione divine necessa rio requiri et ex parte populi: actuum aliquem scilicet consen sum et ratihabitionem seu acceptationem voluntariam: nec non traditionem possessionis de vere intervenire. Ponderanda .n. sunt verba scripture sacre cum sint misteriis plena: et aliquod improprius superfluum aut diminutum in ea reperiri posse arbitrare nephas sit. Hec patent maxime in constitutione duorum primorum regum Saulis scilicet et David. Nam ut .1. regum. c. 10. habetur licet Saul prius fuisset ex precepto Dei per Samuelem in Regem unctus et per unctionem illam Jus et titulum ad regnum illud adeptus esset: de inde tamen institui et acceptari a populo in regem oportuit et tradi sibi possessionem regni. Neque ausus fuit Saul iurisdictionem vel auto ritatem regie potestatis exercere neque poterat iure pleno antequam po pulus electioni dese facte consentiret regnique possessionem illi trade ret vel concederet. Sic .n. legitur in principio illius decimi cap[i]. Tulit aut Samuel lenticulam olei et effudit super caput Saulis et oscula tus est eum et ait. Ecce unxit te dominus super hereditatem sum in principem. Deinde vero aliquibus transactis diebus: Samuel con vocabit populum ad dominum in Masphat: et fecit stare per tribus et familias et missis sortibus primo ad determinandum tribum deinde familiam usque ad viros et pervenit sors usque ad Saul (quo adducto quia absconditus erat domini) ait Samuel ad omnem populum: certe videtis quam elegit dominus: quoniam non sit similis illi in o[mn]i populo: et clamavit omnis populus et ait vivat Rex etc. Ecce co[n] sensus rati habitio seu acceptatio populi. Post hec et non ante cepit

1. regu. c. 10.
in saule electio a deo populi acceptatio fuit

Saul

Saul uti Regia potestate: qn concisis in frusta bovus misit in omnes terminos Israel per manum nunciorum Dicens. Quicunq̃ non exierit et sequutus fuerit Saul & Samuel et cetera. c. 10. et quia aliqui de populo non consenserant libenter electioni De ide Saul licet fuisset collatus titulus ad regnandum per unctionem et iterum per sortem electum in Regem voluntarie et Jussu dei: quin potius multi dicebant. Num salvare nos poterit iste. Ideo ad inducendum populum ut consentiret Samuel dixit iterum ad uni versum populum: venite eamus in Galgala et innouemus ibi regnum et perrexit omnis populus in Galgala: et fecerunt ibi regem Saul coram domino in Galgala et cetera. Ubi apparet q̃ta cura et soli citudo adhibita est de voluntate Dei ut privilegium libertatis natu ralis consentiendi scilicet voluntarie in principem servaret populo nec compulit aut reprehendit eum: sed spectavit quo usq̃ voluntarie prestaret consensum ad recipiendum regem tra deretq̃ regni possessionem: q̃uis ex principio electus fuerit Divinitus et sibi regius titulus collatus ergo ad hoc q̃ rex in illo populo haberet exercitium regie potestatis et jus in regno illo: non sufficit ex divina ordinatione institutio divina de rege sine consensu et acceptatione populi.

§. 19.

Idem patet in rege secundo scilicet David. Qui licet unctus et fuisset in regem a propheta Samueli de mandato Dei ut habetur 1. re gum. 16. non tamen ausus fuit se intromittere de potestate re gia exercenda donec post mortem Saulis fuit constitutus et ad missus sive receptus et aprobatus autoritate et consensu populi scilicet per tribum Juda primo in Hebron super eandem tribum in regem ut patet. 2. regum. 2. et deinde per alias tribus constitutus et acceptatus in regem ut. 2. reg. 5. scribitur. Ex quo apparet euidenter: q̃ David q̃uis habuisset per primam unctionem de man dato divino factam institutionem at per hoc haberet Jus ad regnum: non tamen habuit jus in regno ad executionem regie potestatis

in

in ppto Israel donec mortuo Saul qui verus et legitimus rex (licet,
adeo re probatus pessimus sacrilegus et usu tyranus) populus re
cepisset eum et poneret ac instituerit super se in regem approbans
et consentiens voluntarie divine nominationi sive institutioni.
Unde duo requirebantur ad hoc q David haberet jus in regno
et post divinam institutionem. Alterum q Saul moreret 2 ad hoc qd
prius alterum q fuisset receptus et institutus in regem a pplo. dd esset rex
Nunqz .n. qz diu vixit Saul intentio dei fuit ipsum regni usu nec fuit ut
privare sed successione dum taxat. Alterum erat scilicet ac= populus cosentiret
ceptatio et traditio libera possionis regni per consensum populi ante
quam noluit David propria autoritate se intromittere de re
gimi ad ministratione licet optime sciret se adeo electum et
unctum de eius mandato in regem a Samuele. Habereqz titulum
et jus ad regnum. Nec et statim post mortem Saulis assumpsit
sibi regnum: sciens preceptum esse divinum ut populi cosensu
et autoritate constituendum et intronizandum esse debere.
Illum (inquit) constitues quem dominus deus tuus elegerit Deut. 17.
Unde in .2. regum .2. audita morte Saulis statim consulit
dominum querens utrum ascendere deberet ad aliquam civita
tem. et habito oraculo divino q ascenderet in Hebron: mansit
in opidis hebron donec populus conveniret. Et venientes viri juda
unxerunt ibi David ut regnaret super Juda hec ibi. Ecce traditio
possessionis. Idem apparet cap. 5. eiusdem libri. ubi dicitur: venerut
universe tribus Israel ad David in Hebron dicentes Ecce nos os
tuum et caro tua sumus et parum infra. Venerunt quoqz et se
niores israel ad regem in Hebron et percussit cum eis rex David
fedus in Hebron coram domino unxeruntqz David in regem sup
Israel etc. hec ibi Josephus libro 7. c. 2. antiquitatum dt q uno Josephus.
decreto David confirmavere imperium. Mag. aut hystoriarum Mgr historiarum.
super .2. regum p. c. 6. ait: q primo inventus fuit David insignus
scilicet a Samuele de mandato Dei per quam unctionem collatus
est ei titulus et jus ad regnum. Secundo in regem super Judam sci
licet per consensum et acceptationem populi ratam habentis electio acceptatio
nem seum institutionem Dei et traditionem possessionis regni. 3. populi in
in regem super Israel per omnes tribus etc. Ecce qualiter David
ultra institutionem et nominationem unctionemqz divinam: in=
diguit aucte/ approbatione constitutione/ unctione / ac traditione

possio

possibilis regni per consensum liberum totius populi ad hoc q legitimus, verus et naturalis rex actu esset et legitimum et iuridicum regni haberet ingressum: nec non ius et executionem consequeretur regie potestatis in regno illo: quatenus illa duo que dominus ante de constituendo regem preceperat obseruarentur (scilicet) q deus eligeret vel nominaret illum quem vellet: et q populus proprio et libero consensu approbaret dictam electionem ac ipsum sic a deo electum sibi constitueret in regem Deut. 17. de his videantur burgensis super .1. regu. c. 28. in additione .1. ad nicolaum delyra et conradu. de contractibus tracta. 1. q. 7. in p^o. ergo per exemplum et autoritatem diuine scripture. Immo vt videtur per preceptum et ordinationem diuinam sine consensu libero et beneplacito illorum populorum et regum ipsorum non pot eis dari aut constitui alius rex nouus super reges suales suos. Quod aut sit preceptum et necessario debeat obseruari hoc et nunc inter christianos in nouo testamento probatur quia precepta omnia qz tum ad id quod habet morale et qztum ad rationem iustitie qz continet sut immutabilia omni tempore secundum .S. Thom. 1a 2e. q. 100. ar. 8 per to. et ratio est duplex sz eundem ibi et .ar. 1. et 3. et q. 1.. ar. 4. c. quia continent ipsam intentionem legis latoris scilicet Dei vt apparet in preceptis prime tabule que ordinantur ad deum et continent ipsum ordinem ad bonum comune quod est Deus. Et in preceptis 2de tabule que continent ipsum ordinem Iustitie inter homines obseruande vt scilicet nulli fiat indebitum et cuilibet reddatur debitum. ¶ 2o ratio est quia precepta moralia sunt de dictamine legis nature que sz in se pertinet ad bonos mores et rationi naturali conueniunt: et ideo semper in omni tempore et loco habent rationem et vim obligandi: insti de iur. na. genti. et ciui. §. nam et naturalia. hoc aut preceptum de constituendo rege ordinatione diuina licet sit pro parte iudiciale atq3 proinde non obligent omni tempore nisi de nouo illud per legem diuinam vel humanam statuatur sz illud ad hebre. 7. translato sacerdotio necesse est vt legis fiat translatio et .S. Tho. 1a 2e. q. 104. ar. 4. c. et q. 109. ar. 1. c. Tamen parte continet precepti moralis et sic hodie vim habet obligandi. hoc sic patet. Erat namq3 iudiciale inqztum scilicet expresse per oraculum deus illi populo loquebatur et assignabat certam personam quam constituerent in regem et q esset de illo genere hebreorum

erat partim iudiciale q p oraculu signabatur rex

orum et non alterius gentis: et quod non induceret populum ad literam in egiptum etc. que illi soli populo specialiter conveniebant. Partim vero erat morale inquantum scilicet ad omnem comunitatem de iure naturali principaliter pertinet a principio constituere sibi aliquem qui totam eam regat / etiam sine noua ordinatione diuina. Et ius hoc nunquam reuocatum est sed confirmatum et stabilitum per legem diuinam vt supra dictum est. Exodi. 20. ibi non concupisces domum proximi tui etc. leui. 19. non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum etc. in quibus prohibetur omnis iniusticia. Et propter hoc voluit dominus quod in constitutione regis consensus et approbatio populi requireretur. et sine illa rex exercitium regie potestatis non haberet licet diuina institutio sola sufficeret: quandoquidem ad populum et comunitatem illam alias iure nature sine noua diuina institutione pertineret. Et ideo quamuis ex parte illa qua illud preceptum est iudiciale non habeat perpetuam obligationem sed fuerit euacuatum sicut cetera iudicialia per christum: ex parte tamen qua est morale vim habet obligandi perpetuo ex ipso dictamine naturalis rationis. Quia naturalis ratio dictat hoc esse debitum fieri scilicet vt quilibet populus liber per proprium consensum eum qui super se est regnaturus et cui se comittit non ad ipsius: sed ad eiusdem populi comunem vtilitatem eligat / acceptet / approbet et constituat: atque proinde nullus non sibi iudex potissime sine legitima vera et discussa causa ipsum populum huiusmodi iure eligendi acceptandi constituendi sibi regem vel rectorem priuet. Ex quo nec ipse deus voluit regem regnare in populo peculiari suo absque populi consensu libero regnare fieret. n. iniuria grauis et magna iniustitia populo cuicunque libero si contra voluntatem ac consensum liberum cuius: aut si ad consentiendum compelleretur daretur ei regem aut dominum. Hoc. n. in illis preceptis nature includitur Thobie 4. quod tibi non vis ab alio fieri: nec tu facias illi. et Math. 7. omnia quecunque vultis vt faciant vobis homines omnia quecunque vultis vt faciant vobis homines etc. includitur et in preceptis decalogi secunde tabule ibi: non furtum facies: in quo omnis violentia illata proximo et omnis illicita

vsurpatio

erat morale in quantum pertinebat ad omnem populum expectato constituere sibi regem

Usurpatio rei aliene: et quicquid illicite rerum proximi aufertur et potius ea que tangunt libertatem prohibitum intelligitur. ut in c. penale. 14. s. Precepta autem secunde tabule continent ut diximus ipsum ordinem justitie inter homines conseruande ut scilicet nulli fiat indebitum. Et secundum hanc rationem talia precepta indispensabilia permanent. s. Theo. 12e. q. 100. c. 8. Et ideo preceptum illud de constituendo regem per consensum et approbationem populi est morale et immutabile ac per consequens habet obligandi vim etiam in nouo testamento: licet reuocatum fuerit ex parte illa qua ora judiciale. Confirmatur quia lex abrogata quo ad partem non abrogatam ad huc est in viridi obseruantia. Notatur hoc per Canonistas in c. i. de questo. et in l. 1. ff. de lati. liber tolle et ibi bal. ¶ Quanto magis quod possumus dicere quod illa lex quantum ad judiciale quod secundum videtur absumpta esse atque renouata de nuoque instituta per ecclesie auctoritatem propter rationem sui. Nam potest lex allegari licet sit abrogata propter rationem sui. quia ratio non tollitur ut l. eas ff. de capi. dimi. glo. in l. 1. in principio de consu. cum eman. lib. et glo in prima questio. C. et in l. 2. c. de vete. Jur. emucle. sic beatus hiero. allegat illam. l. propter sui rationem super leuiti. et habetur 8. q. 1. c. licet ubi dicitur. licet ergo de constituendo principe precepisset et elegisset tamen conuocatur et synagoga etc. Ratio ni legis est quia ille qui preficiendus est populo ab ipso populo cognoscatur et approbetur atque non inuitis preponatur. Unde sub[illegible] Hierony. immediate requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi presentia ut sciant omnes quod qui prestantior est etc. Facit ad hoc. 68. dist. c. plesdiotzensis et c. nosse. Ubi dicitur ut conuocato clero et populo talis ibi eligatur per dei misericordiam cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio et fidelis populi consensus adhibendus est. Et in c. ulti. Ut nullus detur inuitis et non petentibus: ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat aut odiat. Idem prohibetur. 61. dist. c. nullus inuitus. ¶ Apparet igitur quod etiam nunc obseruari debet quod debet quod deus precepit et constituendo principem: scilicet: quod semper expectetur consensus liber et acceptatio populi: et quod nisi consensus et acceptatio seu approbatio populi voluntaria in constitutione noui principis interuenerit: princeps vel rex

Preceptum de eligendo rege per populi consensum morale est et vim habet obligandi in nouo testamento

Vide nogerade ecclesia christi. li. 2. fo. 113.

¶ ipse

ipse habere non poterit exercitium potestatis regie: ut probatum est.

§. 20.

¶ Possunt confirmari predicta. 1°. per hoc quod liber Deuterono mij in quo illa ordinatio reperitur: interpretatur lex secunda secundum Hieronymum et Isidorum, et Innocentium 3m. in c. per venerabilem. ex qui fil. sin legi. Et est figura legis noue cum secundum apostolum omnia in figura contingebant. 1. ad Corinth. 10. id circo adaptanda suntque ibi dicuntur maximeque ad moralem pertinent intelligentiam et ad regulandum hominum actus qui fieri habent in tempore gratie. Cum ergo interuenire consensum et approbationem populi liberi ad constitutionem noui principis sit naturale vel de iure naturali et sic morale ad regulandum hominum actus: consequens est quod sic debeat in tempore gratie obseruari: atque proinde in casu nostro necessario haberi conueniat consensum illorum populorum et regum ipsorum ad recipiendum regem nostrum Immo longe fortius. ¶ Item. 2°. potest addi alia confirmatio per argumentum ab institutionibus ecclesiasticis ad seculares quod est bonum argumentum. quia eo vtitur Hieronimus in d. c. licet. 8. q. 1. et in multis alijs locis eo ecclesia vsa est. Sed in ecclesiasticis ~~ad seculares~~ institutionibus requiritur consensus et approbatio populi ergo ita oportet esse in secularibus. Immo longe magis potissime quo ad illas gentes: que vt supponimus vel adhuc infideles sunt vel recentes valde sicut plantule delicate in fide quibus potius blandiendum est: quam sint exasperande vt puta ne ophite. 35. q. 2. et. 3. c. quedam lex. ¶ Minor satis patet in cap. in nomine domini. 23. dist. vbi dicit leo papa nulla ratio sinit vt ille inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti. et. d. c. plebs. 63. dist. cum sequentibus vbi populus vocatur non ad eligendum tamen ad consentiendum electioni prelati per illam regulam Iuris. Quod omnes tangit debet ab hominibus aprobari cum suis concordantijs. lib. 6. et glo. in c. 1. 62. disti. notant a contrario sensu quod si populus non vult consentire

electioni

electiori facte per collegium: pot electio irritari: imo et si sine causa rationabili contra dicet et nollet consentire irritari debet electio si scandalum generaretur in populo ex quo dicte glose notat singulariter Panor. in c. 1. de electio dicens: quod cum scandalo populi non debet quis preficietiam interueniente legitima electione. Pro quo facit optime. c. cum teneamur. de preb. et c. nisi cum pridem de renunciatia Et vide singulare dictum Innocen. ibi: vbi dicit quod si populus persequitur epm seu prelatum iam institutum nec pot compesci a tali persequtione vt populus quiescat et ecclesia sit inquiete debet prelatus redere vel remoueri per superiorem assignato alibi bono cambio. Quod singulariter notandum est secundum Panor. facit. c. si forte. 63. et c. nullus inuitus eps dandus non est: si habent iustam causam contradictionis. Et no. in c. Illud. 23. distin. et si detur a papa. 22. dist. c. sacro sancta. ¶ Si ergo eps dari non debet inuitis populis xpianis ne plebs inuita eps non optatum contemnat vel odiat: longe minus rector vel rex temporalis populo libero extraneo, gentili et infideli proprios habenti et naturales reges non recognoscentes superiorem sibi tam ignotus suspectus vt pote alterius gentis seu fere nationis et cum grandi periculosissimo et certissimo in sedabiliqz scandalo: non vnius populi modo verum etiam infiniti numeri populorum et diuersarum nationum dandus est. ¶ Et quod procedat argum. per locum a maiori patet quia magis obligantur populi vel plebs christianorum sub eundem epm quencunqz a papa datum vel institutum et plebibus exhibitum aut prepositum seu a clericis electumqz gentilium siue infidelium: vel etiam recenter conuersorum popli liberi ad patiendum siue acceptandum temporalem regem aut rectorem alterius gentis et extranei populi cum omnibus modis sint extra fores ecclesie: vel si iam aliqui conuersi sunt habent tamen suos proprios et naturales principes liberos nullum recognoscentes superiorem propter quod possunt se iuste atqz aut iuris via opponere cuicunqz alie institutioni de

alio

panor.
notandum.
Innocen.
panor.
inuitus vbi no. glo. quod laicis
eps dari non debet inuito pplo.

alio superiore cum iustam causam utiq; habeant contradicendi
si illis scilicet christianis veteribus eps dari non debet et a
papa inuitis: multo minus infidelibus de quibus est sermo vel recen
ter conuersis Rex alienus sine consensu libero et acceptatione
voluntaria eorum. ¶ 3º. confirmantur supradicta Utendo etiam
eodem argumento a minori sic. Ecclesia nunc modernis tem
poribus (sicut ab olim vsa est) in constitutione summi principis
in qualibet parte populi christiani: non tollit sed sinit et confir
mat consensum populis vel quibus de iure aut consuetudine co
petit eligere acceptareq; illum propria sponte ergo nec illis
infidelibus et similibus vel etiam ex eorum recenter conuersis tolli de=
bet etc. quia patet ex paulo superius dictis. Ans probatur: quia eccle
sia loco dei approbat et confirmat electionem quam faciunt populi
christiani de rectore vel principe suppremo vt apparet in imperio
et in ciuitate Veneciarum et aliis qui elegendi sibi rectorem de
iure vel consuetudine habent potestatem vt. 93. dist. c. legimus.
ibi quomodo si exercitus faciat imperatorem. Et ex de electio
c. 1. et. c. venerabilem. et. 8. q. 1. c. licet. Nec etiam successio suc
cessoribus tollitur vt in. c. licet. de voto. cum ibi no. Ubi
regnum defertur successione. Nec ad hoc requiritur Judicium
pape specialiter et expressum etiam intra ecclesiam: sed suf
ficit quod tacite in eum consentiat qui dignus est ad regendum et
Zelator fidei ac obediens sancte Romane ecclesie arg. c. Adria
nus el. 2. 63. dist et. 96. dist. c. quis dubitet. Facit quod bal baldus
dus dicit in. d. c. Venerabilem de Elec. 1. Colu. papam non de
bere supprimere officium vel potestatem electionariorum imperii
in quo tamen majorem obtinet autoritatem vt no. in. c. ad
apostolice. de re judica. lib. 6. Et sic a fortiori ratione in casu nostro.
nam si vbi apparet et est maior euidentia potestatis ecclesie in insti
tutione regis vel principis summi non tollitur ipsa potestas et
autoritas vel Jus eligendi per populi consensum liberum quibus
de jure vel consuetudine competit populis: multo minus de Jure
tolli potest eiusmodi potestas vel autoritas et consensus genti
libus

libus & infidelibus populis omnino ex ecclesiam existentibus in
quos minor evidentia potestatis ecclesie apparet esse et in
veritate minor est: cum in ipsos coercitivam non habeat po
testatem, sed in habitu solum nec plene adhuc in habitu ut
infra videbitur ergo non pot eis dari Rex novus nisi ipsi
populi et quorum juri detrahitur voluntarie consenserint.
Si ergo requiritur necessario qp gentes ille principesque
illarum consentiant electioni vel institutioni de regibus n
tris hispaniarum facte per papam in dominos vter orbis
illius: cum negocium sit gravissimum et valde onerosum
ut pote contra regnorum illorum naturalem libertatem
ac in servilem deterioremque status omnium incolarum
et regum seu magistratuum suorum conditionem et pptere
maxime odiosum: manifestum est oportere ad hoc q eius
modi consensum libere prestent: illos dulcissimis, mansu
etissimis immo supplicibus verbis suavibusque inductionibus
et bonis rationibus: moveri induci et persuaderi et non pe
functorie.

§. 21.

Quod si prefata media (quod absit) omittantur et stati
dum ad terras illas et regna hyspani applicuerint easque
fuerint ingressi nova tam insolita et sibi a seculis in
audita immo nec somniata (ut diximus) notificaverint po
pulis eisdem videlicet qp non teneantur obram servitutem
et subjectionem regi straneo prestare atque illum in dominum
super suos et naturales reges ac dominos recipere universaliter
et hoc quo ad incolas omnes sed quo ad reges et principes eorum

Silo

si loquamur si audierint alterius regis ditioni debere colla sub
mittere atque superiorem recognoscere cum reges liberi et supe
riores domini & magni domini existant pluribus dominio
aliis per magnifice atque fastuose modo suo principantes: et nonquid
hec audientes poterunt omnes pariter turbari acerrime:
terreri et implacabiliter scandalizari. Non ne rex Herodes
audito a Magis quod natus erat rex Iudeorum: turbatus est et om
nis Hierosolima cum illo Et quod merito turbari queant immo
quiuerint patet quia aliquis alium turbare dicitur per sim
plicem introitum in sua possessione eo inuito. l. iniuriarum. §.
fi. ff. de iniur. et. 1. dist. c. 1. ¶ Item turbat quis alium per
asportationem fructuum. Bal. in l. post sententiam ulti. colu.
C. de senten. ¶ Item per orationem et fructum collectionem bal.
in consil. quidam accusatus in fi. et talis turbans dicitur
maleficus Bal. in. l. in cunctis. 1. colu. C. finium regundo.
¶ Item dicitur delictum. l. si quis. §. si tutoris. C. si vi aut
clam. ¶ Item dicitur quis turbare per resistentiam.
Bal. in. l. 1. C. de testi. ¶ Vendendo rem alienam et
et tradendo emptori possessionem. glo. et Bartho. in l.
si duo 2. colu. ff. uti posside. ¶ Item asserendo habere
seruitutem in re aliena. glo. et Bartho. in. d. l. si duo in
prin. 1. q. ff. uti posside. et in. l. 2. §. fi. ad fi. ff. de acqui
emptio et in. l. menius. §. fundo. ulti. colu. ff. de lega. 2.
¶ Turbando in seruitute fundi: dicitur turbare in fundo Bartho.
in. l. sicut. §. aristo. versi turbatur. §. si seruen. ubi glo.
¶ Item turbat quis per quecunque molestiam et impedimentum.
insti de interdic. §. retinendum. Cynus in. l. 1. C. uti posside.
¶ Item negando quod aduersarius non possideat Bar. in. l. si
prius. ff. de oper. no. nuncia. ¶ Item qui aliquis possidere vel
aliquod ius habere se asserit. Bal. in. l. ordinari. 5. colu. C.
de rei vendi. et in. l. non abre. C. unde vi. ¶ Sed aliis mul
tis exemplis turbationis taceamus: nemo est qui patienter

et sine

per simplicem introitum in aliena possessione dicitur quis eum turbare.

turbans alium dicitur maleficus.

nota quis dicatur turbare

et sine animi sui maxima turbatione audire ferat q3 liber
tatem amittat: que res constat esse inextimabilis et ama
bilis vt supra probatum est. et. l. libertas. ff. de regul. Iur. et ma
xime subijci debere regi ignoto alterius gentis incognite. Cū
tales reges soleant parum affici ad gentem cui preficiuntur: et
Sicut modo in nouo orbe est videre
per q̄ns non curare multum de eis. et Iterum eos exactionib9
affligere importabilibus angarijs et per angarijs oneribus q3
alijs insolitis grauare. Et hec causa fuit quare dominus prohi
buit populo suo peculiari. vt non facerent sibi regem alteri
s. Tho.
us gentis vt patet Deut. 17. Et s. Tho. 1ª 2ᵉ. q. 105. ar. 1. 2ᵐ.
cuius et meminit Bartho. in tractatu de regimine ciuitatis 4
et penul. columnis. ¶ Sed qd rogo facerent et qualiter turba
buntur aut turbati sunt illi qui tot insultus calamitates/ tru
cidationes q3 á nostratibus sunt perpessi. et illi ad quos nond
hyspani peruenerunt et tamen audierunt quanta mala con
uicinis prouincialibus intulimus: q̄n nuncij Regis nr̄i ab il
petāt consensum et voluntatem eum in suppremum princip
suscipiendum. Si probabiliter presumere ac timere timore ca
dente inconstantissimos viros quibunt se spoliandos fore bon
suis dignitatibus et dominijs rapiendas sibi vxores: filijs orba
dos et in omnimodam et acerbissimam seruitutem redigendo
Re vera plena animorum maxima perturbatione: terribili horrore
ingentiq3 viscerum dolore atq3 indignatione vsq3 ad auditum suf
ferre minime valebunt. Namquis vnq3 sane mentis dubitare
audebit quominus credat gentes illas ilico cumprimum id audi
erint ad n̄ales/ iustum ac commune vniuersis nationibus refu
gium merito conuolaturas. ad arma videlicet et vim vi missib9
totis repulsuras: quatenus vel vitam mortis periculis exponat
et in bello finiant: vel ab eius modi inuadentibus quos impios
et scelerosos non immerito Iudicant sunt enim et se subjectu
ros iniustissime vident proprias res publicas liberent. Que
causa Iustior est belligerandi q3 seruitutis depulsio. Secundum
Tullium

Tullium in Philip. l. 7. Et vegetius de re militari lib. 3. Quis du
bitat artem bellicam, omnibus esse potiorem per quam libertas
retinetur et dignitas prouintie propagatur et conseruatur imperi
um. Et iterum diuitiarum non est secura possessio, nisi armo
rum defensione seruetur. Sed de his alibi plenius ergo ad vitandū
tam grauem et in Justam turbationem in populis illis: ad ob=
uiandum tot malis que in bellis necesse est interuenire tot mor
tibus, stragibus populationibus ~~terrarum~~ (et quod misera bilius et
lamentabilius est) tot animarum damnationibus ac pro inde tot
in iustitijs et operibus scelorosissimis tyranorum et vt sit Justus
et á deo approbatus regum nostrorum in orbem illum ingres
sus, principatus et vniuersale dominium: necessario requirit~~r~~
q. modestissime, blandissime discretissime ac dulcissime verbis
dulcibus et supplicibus, bonis rationibus et inductionibus moue
antur, inducantur, suadeantur ad proprium consensum libere
prestandum. Et sic particula conclusionis de qua §. 16. in
cepimus tractare patet.

§. 22.

Contra hanc particulam et eius probationem instant prorsus
manifestæ que supra. §. 5. in fine. et §. 7. et 8. et 9. conce
duntur et supponuntur. Et plenissime in nro tractatu compro
batorio probata fuerunt. Quem ex proposito et speciali ratione
edidimus ad Juris regum nostrorum roborationem videlicet eosdē
inclitos reges castelle et legionis principes summos fuisse institutos
autoritate aplica totius illius indiarum orbis: quorum ditioni
sedes ipsa juste subiecisse regna illa omnia vniuersasq gentes
et populos quoad supremam Jurisdictionem seu supremum
principatum. Tunc arguitur sic. Nam si Juste sedes Apostolica
orbem illum regibus nostris subiecit causa scilicet existente justissi
ma

objectio qd nō sit requisitus indorū consensus.

mā (hoc est) propter fidei predicationem et illarum gentium
Conuersionem: quid opus est consensum illorum verbis dulcib9
et supplicibus querere aut expectari. Possunt enim reges nr̃i
ad se recipiendum illos iure debellando compellere: et sic velint
nolint habere ip̃os in supremos principes Iuxta probata in
predicto tractatu comprobatorio ergo particula hec super fora
nea existit: nec videtur sub Iuris ordine comprehendi. ¶ Si
autem necessario requirendus est illorum consensus, et nolue=
rint tandem illum prestare: qua rogo ratione illa suprema et
et imperatoria potestas quam reges nr̃i ex donatione vel insti
tutione papali consequuti sunt per se subsistet: non habens
esse nisi in intellectu veluti entia rationis sicut secunde inten
tiones vel siquid aliud est quod aliunde fulciatur vt habitus frus
tra tamen erit carens propria operatione. Est enim frustra
omne quod non habet operationem propriam: cum omnis res
sit propter suam operationem vt dr̃. 2°. de celo et mundo. Ope
ratio autem cuiuscunq; presertim supreme potestatis et primo ca
pere regni possessionem idest ciuium quia regnum per prius in perso
nis consistit secundum illud prouerb. 14. in multitudine populi
dignitas regis: et in paucitate plebis ignominia principis. Ex
peririq; om libenter se suscipiant in eiusmodi dignitatem vel
potestatem ad obediendum parati. Quod si renuerint se submitt
re: operatio 2ª. Scilicet compulsio ad illos compellendum pu
niendum ue tanquam rebelles interuenire necessum est. Hac
patet luc. 19. Ubi dicitur. Veruntamen inimicos meos (qui no
~~luerint~~ runt me regnare super se) adducite mihi et interficite
ante me. Sed in casu nostro nolentibus gentibus illis cum suis
regibus et magistratibus dicte institutioni consentire ac sic con
sensum denegare absq; metu compulsionis iuridice: remanet di
cta institutio papalis seu imperatoria vel suprema potestas pro
prijs operationibus vacua. g. frustra reges nostros principes su
premos prefati orbis nisi nomine appellare poterimus ergo vel

negante

negantes dictum consensum reges nri vi et armis iure possunt adse recipiendum in supremos principes compellere: vel frustra fingitur talis summa potestas, Et reges nostri appellantur prefati orbis supremi principes ergo particula hec (scilicet) q verbis dulcibus et blandis debeat gentes illa induci ad suscipiendum eos in sumos principes omni ex parte videtur determinatis presertim in dicto tractatu comprobatorio contra dicere etc.

Solutio.

¶ Ad hanc autem dubitationem respondemus non obstare hanc particulam hisque in dicto tractatu determinata fuerunt: sed comprehendi sub ordine Iuris naturalis et divini: et ideo necessario servandas esse sicut ceteras vt in precedentibus probationibus declaratum est. Nec posse compelli per aliquem purum hominem ad prestandum nisi velint eius modi consensum: licet fateamur ingenue summum Christi vicarium iuste atq prudenter reges nostros supremos principes illius orbis constituisse atq imperatoria dignitate non ficta vel que de se nihil est circumscripto omni actu intellectus vt sunt etia rationis: sed vera esse verum habens in rerum natura provide ac merito adornasse eos vt patebit. ¶ ad cuius pleniorem dilucidationem sciendum q tripliciter vel secundum triplicem statum seu tempus illarum gentium possumus de hac particula loqui. primo vel pro tempore illo quo gentes prenominata sunt vel fuerint infideles. ¶ 2º. vel postquam ium vite sacrum baptismum susceperunt. ¶ Aut 3º. post invasiones / bella / strages / captiuitates / spoliationes dominiorum / dignitatum: et cetera mala ab hyspanis immaniter receperunt. Siquidem de primo statu loquamur scilicet dum gentes illas infidelitatis velamen de tinet: tunc ponitur sequens conclusio

non pot ppls cõpellit per aliquem purum homines ad prestandum consensum in promotione nostri regis his pariarum.

triplex stat9 consideradq in incolis novi orbis.

ante fidem
post fidem
et post spoliationē dominiorum.

Quandiu infideles gentes
ille existunt: non licebit
regibus nostris compellere
illas ad consensum predictum
prestandum.

manetes in infidelitate nullo modo possunt compelli ut regem catholicu recipiant

Probatur conclusio multipliciter primo sic Reges nri
pro ut in prefato tractatu comprobatorio apparet in. 2ª.
ratione principali ad probationem prime conclusionis nu
llam iurisdictionem coercitiuam vel contentiosam super
gentes predictas habent nisi in habitu dum sunt in sua
infidelitate voluntariam autem duntaxat in actu. Sed
compulsio que sine bellico apparatu non fiet pertinet ad
Jurisdictionem contentiosam que redditur in inuitum ut
per docto. in. l. inter stipulantem. §. 1º. ff. de verbo si
gni: et in. l. 2. ff. de offi. proconsu. Caret nanque funda
mento totius judicij idest iurisdictione secundum illud
exodi. 2º. quis constituit te principem et iudicem super
nos. Et potest ei obijci: tu quis es qui Judicas alienum ser

requisita iurisdictio ad bellum

uum. Domino suo stat vel cadit Ad Roma. 14. semper enim
debet precedere iurisdictio officium ius dicentis. Quia prius
nascitur quam exercitetur ad actum. C. qui pro sua iuris. l. 1. et
no. in. l. instar. C. de iur. fisci. lib. 10. Unde tale iudicium
dicitur vsurpatum. contra illud Deut. 1º. audite illos et quod ius
tum est iudicate quia dei iudicium est. Idest autoritate diui[n]a
iudicium fertur. Ille autem qui iudicat in non subditos vel
in eas res ad quas non se extendit iurisdictio eius: iudicium
Dei vsurpat. Et iniuriosus est ipsi deo. ut Augustinus dicit.
2. q. 1. c. Nomen. et s. Tho. super epla ad Roma vbi supra
lec. 1. et. 22. q. 60. ar. 2. 3. et. 6. in corpore. Inferretur etiam
sic iudicatis violentia et irrogaretur iniuria. Contra illud iuris
preceptum alterum non ledere. ff. de iusti. et iur. l. iusticia. §.

aug.os de Judicio vsurpato.

non

non licebit regibus nris compellere illos vt consensum pstent.
Patet qña quia tunc priuatus est rex nr carens iurisdictio
ne contentiosa. Ut probatur expsse in l. preses. l. a. 2ª ff.
de offi. presi. Et ibi bona glo. Et no. in. d. l. de offi. procosu.
¶ Ergo nullum aliud remedium ei reliquum est ad consequu
tionem possessionem habendam prefati orbis nisi qd dulcissimis
verbis et suauibus inductionibus gentes ille moueantur et be
niuole atrahantur quatenus consensum liberum prestent:
quod hec particula intendit. ¶ 2º. probatur conclusio: ec
clesia Dei non habet iudicare regulariter de infidelibus quinimo
qz fidem susceperunt et longe minus de illis qui non audie
runt: potissimum sequi sunt habentes regna separata nec
nec aliquid boni vel mali nobiscum vnqz facere habuerunt.
Et hoc patet. 1ª. ad corinth. 5. qui idem ingenue fatetur dicēs:
quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare. Que sententia
est communis omnium sanctorum doctorum tam grecorumqz
latinorum ad ecclesiam scilicet nihil pertinere iudicare qz
nec sunt de foro eius: nisi curam de illorum conuersione
habere: prout latissime in nra apologia probatum habe
mus cap. 7º. 8º. et 9º. Et hec tandem decisum est hodie per concilium tri dentinum
concilium Tridentinum Sessione 14. c. 2º. vbi sic dicitur.
Constat certe baptismi ministrum iudicem esse non oportere: 2
cum ecclesia in neminem iudicium exerceat: qui non prius
in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim
mihi (inquit) Apostolus de his qui foris sunt iudicare. Secus ē
de domesticis quos christus dominus lauacro baptismi sui corpo
ris membra semel effecit hec ibi. Sed compellere hos infideles
qui omnino ex ecclesiam sunt in regnis separatissimis degen
tes ad recipiendum reges nostros vniuersales principes: est
de eis iudicare et satis male iudicare ergo non licet regibus nris
illos compellere ergo nullum remedium eis reliquum est et cª.
¶ 3º. probatur conclusio: quia talis compulsio cum necesse sit 3ª ratio.
esse bellica fieret contra inuincibiliter ignorantes. Et sic pu
nirentur sine culpa quod est iniustissimum perinde ac si pueri quin

qz

q3 annorum puniantur pro eo q3 nesciunt articulos fidei. Est enim ignorantia inuincibilis que studio quocunq3 aut diligentia superari non potest secundum doctores. Nemo enim peccat in eo q vitare non potest. 56. dist. c. satis peruersum. Et. 16. q. 7. c. inuentum. et. c. cognoscentes. de consti. Ibi rem que culpa caret in damnum vocari non conuenit. Et de resti. spoli. c. conquerente. No in. l. genero. ff. de his qui. no. infa. et in. l. 2. C. de iur. et fac. igno. Et talis igno. nemini nocere debet. l. 52.25. §. si seruus. ff. de acqui. re. do. et. ff. ad. l. aquil. l. si putator. C. de penis. l. sancimus. ff. de iur. et fac. igno. l. iniquissimum. ¶ Sed infideles eiusmodi

ignorant inuincibiliter quis papa q3 rex .

maxime indiane nationes ignorant inuincibiliter papalem institutionem, et quis sit papa et qua potestate fulgeat quid euangelium et predicatores illius: cum sint hec de fide. Similiter qui reges hispaniarum et quo titulo qua ratione seu fine ad regna prorsus aliena miserint gentes suas, et similia. Nec illam ignorantiam studio quocunq3 superare valent nisi dicas q teneantur diuinare ergo ignorant inuincibiliter Et sic ignorando culpa carent ergo ~~non licet regibus nris quandiu gentes ille manent in sua infidelitate~~ compellere per bellum esset iniustissimum ergo non licet regibus nris quandiu gentes ille manent in sua infidelitate compellere ad se recipiendum vel consensum prestandum vt diximus. Ergo nullum aliud remedium eis superest nisi q blandimentis et suauibus suasionibus ad consentiendum inducantur: si rite ac recte ingredi cupiunt summum illius orbis principatum.

no pont compelli infideles ad prestandum consensum vt hispanie recipiant regem

4. ratio

¶ 4. probatur conclusio sic reges nostri hyspaniarum tenentur iure nali et diuino et sic de necessitate salutis ingressum suum primum seu nunciorum suorum in illas indiarum partes et progressum etiam ceteraq3 omnia q3 sibi agenda forent ita ordinare ac disponere quatenus predicationi euangelij et conuersioni prenominatarum gentium congruant: et vitare cuncta contraria que predicationem et conuersionem eiusmodi quoquomodo valeant impedire aut etiam retardare, vt euidenter per quintam considerationem apparet. Sed si compellerent reges nostri

tenentur reges nri non impedire conuersionem indorum neq3 difficile facere sicut compellantur ad fidem vtrimq3 euenit

nostri eiusmodi gentes ad consensum prestandum: vel pro
pria autoritate, vim possessionem illius orbis caperent: non
ne turbabuntur vniuersi magni et parui: reges et subditi,
populi rectores et magistratus et non pigriter confugient
ad arma: vnde certum est cuncta implenda cruore hu
mano cedibus et stragibus desolationibus terrarum vt in pre
cedenti. §. patet. Nunquid hec omnia efficient ingressus
regum nostrorum in orbem illum congruum predicationi
fidei et conuersioni animarum. veluti fini totius huius
grandis negocij proportionatum. An non erunt eiusmodi
fini vehementi efficacique obstaculo. Immo efficacissima
christum et eius religionem contemnendi habendi horrori
atque perpetuo blasphemandi. Adiungantur his ea que consi
deratio. 3a. proclamat ergo non licet regibus nostris compelle
re gentes illas ad se recipiendum in summum principem nisi
velint voluntarie ergo nullum aliud remedium eis superest
nisi blandicijs et bonis operibus et gratiosis suasionibus
gentes illas ad consensum liberum prestandum induci et
prouocari. ¶ Veruntamen cum his omnibus stat bene sum
mum christi vicarium ex debito pastoralis officij potuisse
quin tenebatur (vt in sepe memorato tractatu compro
batorio probauimus) instituere regem catholicum aliquem
illumque imperatoria quadam et suprema dignitate ac po
testate super illum in fauorem fidei donare: qui eam faceret
predicare iustam formam a christo statutam: impedimenta
si que oriri contingerit aliquorum potentium principum in
fidelium puta turcorum et machomitarum pro loco et tempore
tolleret: ad eandem fidem venientes et suscipientes in eiusdem
fidei conseruare soliditate. Nempe seruando semper in acti
bus suis juris potissimum diuini et naturalis cuius vndecima
partem scilicet quod gentes ille volentes suscipiant reges nostros
in vniuersales principes assignauimus. Inter ea vero temporis
quod prestant consensum non erit occiosa vel frustra prefata im
perialis potestas suis operationibus carens: etiam si de consensu pres
tando ipsarum gentium nulla sit vnque spes: cum habeant satis
per multa in quibus operando certe reges nostri occiosi non erunt

vt

non licet regi hispaniarum compellere infideles novi orbis vt eum habeant regem.

ex debito officij papa reges catholicos constituit tanque apostolos novi orbis.

Vt in superioribus particulis decem in 9clone. 2ª. §. 11. et sequentibus et in corrolº post. 3.am conclusionem. §. 30. et § 39. latius ostendetur. Ex quibus apparet prefatam supremam dignitatem rationis ens non esse: sed reale habens esse in rerum natura circunscripto omni actu intellectus: licet non perse subsistat. Subsistit tamen positiue et subiectiue in alio sicuti etiam habitus. Namq3 habitus redducatur ad imperium voluntatis estq3 quoquis agit cum voluerit. Voluntas aut indeterminate se habet ad infinita. Nec hoc est frustra licet non inomnia actualiter tendat: dummodo tendat actualiter in id quod conuenit loco et tempori. Et ideo etiam habitus non est frustra licet non omnia reducantur in actum id quod congruit ad debitum fine3 voluntatis secundum exigentiam negociorum et temporis. Sic est de illa potestate quam dicimus supremam et imperatoriam collata regibus nostris quamq3 habent in habitu: non esse frustra nec occiosa. Possunt enim ea quam plurima peragere in ordine ad fidem dilatandam et gentes eiusmodi lucrandas christo: quamuis per paruum vel multum temporis spacium in vniuersales principes minime recipiantur vt late patet in locis immediate superius allegatis. Habebit autem suam perfectionem potestas prememorata quando gentes et populi eiusmodi consensum liberum prestiterint papalem institutionem de regibus nris super illum orbem acceptando. Quod si nunq3 velint prestare quandiu infideles extiterint: nullam vim reges nostri eis inferre valebunt absq3 violatione iuris diuini et naturalis: prout iam ex dictis luculenter apparet. Facile ergo videre est: q3 necessarium sit verbis dulcibus et blandis persuasionib9 ad consentiendum eas inducere quod nostra Vndecima particula

§. 23.

Quantum autem ad secundum statum illarum gentium videlicet postquam iam christum per sacri lauachri ablutionem induerint vtrum possint compelli ad talem prestandum consensum. Ponitur sequens conclusio.

Conclusio.

Punire aut molestare gentes illas post earum conuersionem per penas temporales vel ecclesiasticas: ob hoc quod dictum consensum negauerint: vel papalem institutionem de regibus nostris acceptare noluerint nemini licitum est.

Probatur conclusio vnica ratione. quia nemo penam meretur temporalem vel ecclesiasticam pati: qui quod facit vel omittit facit vel omittit iusta et rationabili de causa et sic iuris autoritate. Sed gentes vel populi ille post conuersionem suam negando predictum consensum et institutionem papalem de regibus nostris non acceptando id faciunt et omittitunt iusta et rationabili de causa et sic juris autoritate ergo penam non merentur nec temporalem nec ecclesiasticam ergo nemini licitum est tales punire pena temporali vel ecclesiastica. Consequentia . i. patet cum maiore. Minor probatur multipliciter . i. sic. Ille habet causam iustam et rationabilem et sic legis autoritate non consentiendi vel acceptandi vel saltem differendi ordinationem vel etiam mandatum principis etiam pape cui plene non probatur aliquo genere vel specie probationis iuris quod talis ordinatio vel mandatum emanauerit a principe vel papa maxime quando mandatum vel ordinatio continet in se aliquid contra ius vel publicam vtilitatem aut deuiat prima fronte ab omni honestate: et in rebus magni ponderis. Sed gentibus et populis eius modi non potest plene probari post fidem susceptam aliquo genere vel specie probationis iuridice: quod illa institutio regum nostrorum super illum orbem a papa emanauerit vel quod sit

non possunt puniri noui orbis habitatores et post fidem susceptam ad prebendum consensum in papalem institutionem /.

facta

facta per papam vel etiam quod papa potuerit eam facere quia gentes et populi illi habent iustam et rationabilem causam et sic iuris autoritate: non acceptandi illam vel saltem differendi et consensum non prebendi: maxime cum sit contra ius naturale et gentium: et de rebus magni ponderis magnique preiudicij consequentia clara probatis ceteris. Maior probatur expresse per textum notabilem in capitulo. Siquando. de rescriptis. Ubi patet quod quando littere principis continent aliquid contra ius vel deviant ab honestate: vel aliter dubitatur de mente principis vel ex earum executione timetur aliquod scandalum: aut presumitur vehementer aliqua mala ventura: non debet mandatarius parere sed expectare secundam jussionem. Quia hoc facit legis autoritate ut ibi et in aut. Ut nulli judicum. §. ex hoc vero. Et in auten. de manda. prin. §. deinde competens. Et in aut. ut determi. sit nume. cleri. §. ex hoc quidem. Et no. in l. fi. C. si contra jus. et publi. utili. Unde in. d. §. deinde competens. Jubetur quod administratores et judices provintiarum non suscipiant preceptum contra ius vel utilitatem publicam: nisi secunda emanaverit jussio. Quia non est credendum quod tales littere vel talis ordinatio seu mandatum processerit a curia principis: sed ~~pro~~ presumende sunt potius false. Ut no in. c. ad hec sumus. Et in. d. c. siquando de rescrip. Et facit ad hec dictum Bartho. in aut. ut determi. sit nu. cleri. in. d. §. ex hoc quidem. Ubi dicitur quod licitum est non obedire litteris imperialibus vel papalibus secundum glo. Ibidem quando non constant esse imperiales vel papales. Et addit. Bartho. sed certe (inquit) ego

notandum

dico quod si constat esse litteras imperiales vel papales: licitum est eis non obedire si rationalis redditur causa. Tex. est in. c. Siquando de rescrip. et de prebendis. c. cum timeamur. hec bartho. No. etiam in. c. ex parte. in glo. fi. de rescrip. maxime per Feli. et alios et idem Bartho. quod iudices precepta superiorum que

emanant

emanant contrarius et utilitatem publicam: non debent suscipere vel executioni mandare nisi post secundam iussionem. Si ergo comissarius et mandatarius non debent tales litteras vel mandatum adimplere longe potius incumbit per eas gravatis non recipere nec obedire aut implere. Facit ad hoc. l. regni. castelle per Joannem .2. ubi statuit quod civitas castrum vel locus aliquis a rege donatus vel alienatus decorona regali possit impune armata. Facit glo in. l. puniri. C. si contra ius vel utili publi.

iudices precepta superiorum que emanant contra ius et utilitatem publicam non debet suscipere vel executioni mandare nisi post post 2am. iussionem.

¶ Minor scilicet quod non possit plene probari nationibus illis post fidem susceptam aliqua specie probationis quod illa institutio de regibus nostris sit papa vel quod illam potuerit facere: probatur: adductis in medium omnibus speciebus probationis. Prima fit per aspectum ut in notorio quod probatur per facti evidentiam. ut in. c. evidentiam. et. c. proposuisti de proba. ¶ 2a. fit per testes plures ut etiam per unum cum aliis presumptionibus vehementibus. ¶ 3a. per instrumenta. ¶ 4a. per confessionem de his quattuor in. c. cum ad sedem. de resti. spoli. ¶ 5a. per scripturam antiquorum librorum. c. cum causam eo titulo. ¶ 6a. per violentam presumptionem. 32. q. 1. c. dixit dominus. ¶ 7a. per famam cum aliis presumptionibus. c. Tertio loco. eo titu. ¶ 8a. per iuramentum de sen. excom. c. si vero.

non pot. probari quod donatio facta regibus emanet a papa

quot modis aliquid pot. probari.

¶ Et est hic notandum quod illa probatio debet induci per quam reus possit convinci et cui ipse stare teneatur. Probatio namque est rei dubie per argumenta vel media certa ostensio secundum iuristas in rubri. C. eodem. Et debet necessario concludere. Modo videamus discurrendo per singula utrum aliqua illarum convinci poterunt gentes ille ad hoc quod stare tali institutioni teneantur. Nam per facti evidentiam et notorietatem non quia nec paulis per umquam de hoc suspicati sunt: nisi per violentiam et sic de facto ~~suspicati sunt: nisi per violentiam~~ contra omne ius: post suam conversionem scilicet quod talis sit homo in mundo etiam papa quod possit regnorum dominia et iurisdictiones que iure gentium et naturali apud proprios et naturales dominos habet: tollat et transferat prohibiti ad alienos et a seculo numquam sibi cognitos. ¶ Per 2am. vero scilicet per testes: minime quoque convinci

non pot. probari per notorietatem quod papa aliena regna transtulerit in alium

poterunt

nō pōt ꝓbari ꝑ testes.

poterunt. Testes namqꝫ oportet esse legitimos et omni exceptione maiores idest certissimi et indubitabiles: q̄ nulla legitima exceptione repelli possint iuxta dictum glo. in c. 1. de consang. et affini. et insti. de inutil. stipul. §. item verbo[rum].

Et licet secundum iura et nālem etiam rationem: multa genera personarum a prebendo testimonio repellantur: de duobus tamen dicere contenti sumus. et quidem de primo Repelluntur omnes ne ferant testimonium qui sunt de familia actoris. l. pen. ff. eo. Et quicunqꝫ alius familiaris. C. de hisqui ad eccle. confu. l. fi. §. sane. Nec de domo actoris vel accusatoris in causa ciuili aut criminali testes pro producti possunt 3. q. 5. per totum et § . item in criminali. 4. q. 3. § 2°. nullus admittitur testis in causa propria vel comuni sibi et alteri regulariter nec principaliter: nec secundario. C. eo. l. omnibus in causa communi quis admitti non debet ad testimonium quia causa communis duorum vtriusqꝫ est. ff. de ritu nuptia. l. illud. Et hoc quidem repelli debere: ipsamet naturalis ratio patenter docet.

nullus admittitur testis in causa propria

Cum igitur omnes hispani de familia et domo idest subiectione regum nostrorum qui in hoc negocio actores sunt existant: sitqꝫ causa ista omnium eorum cum rege communis: immo communissima imo proprijssima secundum affectum cupiditatis et ambitionis eorum: et magis reuera ipsorum q̄ꝫ reges cum nullus ad has transmigret regiones: nisi propter propria querenda lucra et ascensum ad nouum et altiorem statum: tam execrabilibus auaritie aculeis lacerati: q̄ꝫ eiusmodi mortifere cecitatis albugine capti mentis oculis et insania letali quadam prepediti. c. auaritie cecitas. de elec. lib. 6. et c. sicut hi. 47. dist.

nullus hispanus est idoneus testis ad pbādū legitime expoliandos pncipes noui orbis ꝑ pape concessionem

Sequitur q̄ si per illos populos testimonio hyspanorum non stetur sola ratione naturali ducti non se facere contra iura putandi sunt. Habent enim exceptionem suspitionis. Et talis exceptio est quasi perentoria quia

si in n

si non directe: tamen per obliquum perimit. nam sublata probatione remanet ius partis in utile ut in c. sepe de resti. spoli. et. l. duo sunt Titii ff. de testa. tu. De quo Panor. in c. 1. de excep. Et in c. 2. et. a. de re Judi. Quia etiam in hoc casu cessat ratio certitudinis et infallibilis veritatis per quam solum ferentibus testimonium creditur et testes legitimi et omni exceptione maiores fiunt: ac proinde necesse est quod credulitas in eis cesset nec non fides eis haberi recusent. Non ergo per hyspanos testes convinci possunt nec eis necessario concludi: quod illa institutio a papa emanaverit: vel quod ipse papa habuerit potestatem in regnis alienis sine culpa mutandi reges proprietarios: et novos alienigenas pro eis subrogandi sive instituendi.

§. 24

Tertia autem probatio est per instrumenta vel privilegia seu etiam per litteras papales. Per hanc quoque minime convinci poterunt populi eiusmodi ut teneantur stare quibuscunque litteris que eis ostendi contingat probatur hoc sic. Per illud quod quisque probabiliter ignorat et cui fidem non adhibendo probabili ignorantia excusatur: convinci non potest: nec ei necessario quicquam poterit concludi ergo per quecunque instrumenta privilegia seu etiam per litteras papales illi populi convinci non possunt nec eis concludi necessario etiam post fidem susceptam quod institutio predicta emanaverit a papa vel quod papa potestatem habuerit faciendi illam. antecedens patet de illo qui ignorat: quia non didicit scientiam alicuius artis ~~illius~~. Talis enim probabiliter ignorat scientiam illam cum non didicerit: nec artem illam profiteatur aut

[margin: cui nititur quisque probare aliquid per principia artis illius.]

adiscere

adiscere teneatur qui etiam fidem principijs artis illius
non adhibendo escusatur ignorantia probabili: quia
ignorat sine omni culpa et consequenter conuinci non
posset: nec ei poterit necessario quicquam illius artis concludi:
vt de se patet. Et probatur per l. regula. §. sed facti
cum ibi notatis: et in regula ignorantia. de regul. iur. Ubi
plene per dy [illegible] et per glo. 38. dist. in suma et. 1. q. 3.
§. notandum. in tex. et glo. ¶ Est aut ignorantia proba
bilis quando quis ignorat quod communiter omnes vel ma
ior pars ciuium vel eorum qui sunt de suo statu vel qua
litate ignorant. Bal. in l. iuris ignorantia in ver. Iudic.
C. qui ad mi. ¶ Consequentia probatur quia populi eiusmo
di etiam post fidem susceptam saltem per multum tempus
probabiliter immo inuincibiliter ignorabunt vim seu au
toritatem quorumcunque instrumentorum vel priuilegio
rum aut papalium litterarum: et proinde si fidem eiusmodi
litteris non adhibeat excusabuntur ignorantia probabili.
Cum aqua ipsos ars litterarum prorsus non sit vlla. Et
instrumenta talia minime inter eos habeantur: nec ipsi
consueuerint vnquam talibus fidem adhibere: aut ta
liter facere testimonium. Sed potius videtur sibi ars illa quo
dam prestigium seu superstitio diuinatiua vel incantatio
aut quid simile ex opere demonum proueniens: quando
percipiunt per ea que longe fiunt Hispani integraliter
norunt. Et ideo inculpabiliter ac sine omni culpa artem
litterarum non didicerint et ignorent eam vniuersa
liter omnes sue qualitatis nationes vnde ad eam nullus
eorum tenetur et proinde ad habendam fidem quibuscunque
literis vel instrumentis que Hispani eis ostenderint saltem
per multum tempus nemo eorum tenetur: probabili igno
rantia immo inuincibili eos excusante. Habent namque
gentes ille sufficiens impedimentum: propter quod vim et auto

ritatem

vitatem instrumentorum vel literarum scire non possent
Nec hispanis id asserentibus credere astringuntur: cum
in tam arduo et graui negocio sint omnino suspecti:
Vt probatum est. Argumentum ad omnia que dicta
sunt in c. inter dilectos de fide instrumen. Vbi non
creditur quibusdam privilegijs Ecclesie. Vide qua ibi
notantur et in c. ad audientiam. de prescriptio. Ex
quibus videbis quod etiam apud nos ad hoc quod alicui scripture
fides habeatur: oportet quod consueverit inter nos ab antiquis
nostris creditum communiter fuisse: vel quod reperta sit in loco
de quo nulla suspitio de falsitate habeatur. Ex quibus patet
quod si apud nos alicui scripture creditur et fidem facit: hoc est:
quia indubitanter reputatur autentica et fidelis ac sine omni
suspitione falsitatis ergo vbi cessaverit ratio talis certitudinis et
indubitabilis veritatis: cessare oportebit fidei adhibitio et ipsa
credulitas. Sed apud populos illos cessat talis ratio certitudinis
et indubitate veritatis: cum communiter omnes literas et libros
et vim earum sine omni culpa ignorent: nec sciant ali
cuius esse momenti estimationis vel autoritatis: immo ha
beant motiua plurima ad concipiendum vehementem et vio
lentam suspitionem de falsitate: cum litere vel instrumenta
super hoc confecte, et que possunt eis ostendi: contineant ea
que sunt expresse contra ius naturale et gentium et contra su
am publicam vtilitatem secundum suam estimationem saltem
ergo non erit mirum si defuerit in eis credulitas et fidei
exhibitio ad literas quascunque et iam papales: potissimum
in re tam ardua et tam magni preiudicij ergo per hanc .3a.
etiam speciem probationis scilicet per scripturam vel quascunque
literas etiam papales: non possint conuinci gentes ille nec
poterit eis necessario concludi: quod predicta institutio sit
facta per papam vel quod papa potuerit eam in preiudicium tot
regum et dominorum populorumque similiter facere. Quod
si quis huiusmodi populis per quascunque literas seu instrumenta

niteretur

incole noui orbis non astringuntur fidem dare hispanis ostendentibus literas donationis apostolice

niteretur predicta illis probare: perinde esset atque si nescienti seu ignoranti scientiam alicuius artis: per eiusdem artis principia aliquid ad eam pertinens probare velit: quod esset ridiculum et satis irrationabile. ¶ De. 4. specie probationis vide infra conclusionem. 4.am principalem. §. 31. Ubi rationibus opimis habes resolutionem. ¶ De. 5.a sufficit que de tertia diximus: et adde quod ante annum Domini. 1492. nondum sciebatur an ille orbis et eius habitatores essent in rerum natura. ¶ 6.a nil ad propositum. similiter et 7.a ¶ 8.a vero scilicet per iuramentum: per hanc etiam concludi eis quicquam non potest etiam si omnes Hispani iurent rationibus pro. 2.a superius allatis: ideo non tenentur tali iuramento stare nec aliquam fidem eidem prestare.

¶ Cum igitur per sepe factas probationes iuris nostri eius modi populi et gentes conuinci non possunt etiam post fidem susceptam nec eis plene vel sufficienter concludi aut certe probari quod dicta institutio seu promotio de regibus nostris fuerit facta per papam vel quod papa habuerit potestatem illam decernendi: atque proinde dictis probationibus stare non teneantur: quia merito presumere possunt literas super his sibi ostensas falsas esse: et id testantes posse ac deberi de mendacio et falsitate argui: cumque ipse etiam contineat aliquid quod hominum iudicio et secundum veritatem est contra ius naturale et gentium et possit videri eis esse in euersionem suarum rerum publicarum atque proinde ab omni honestate et iustitia deuia: et sic arbitrio omnium hominum estimabitur saltem in maximum esse preiudicium: eo quod alienum et ignotum eis preficiat dominum: immo viribus totis institutioni eiusmodi quilibet homo prudens et valens repugnare non dubitaret ergo gentes ille iustam et rationabilem causam habent non acceptandi vel saltem differendi etiam post susceptam

eiusmodi

eiusmodi pape institutionem aut promotionem de regi bus nostris: quia rationabilis redditur causa: et illud faciet legis autoritate.

§. 25.

2°. principaliter probatur minor principalis rationis posita supra. §. 23: quod scilicet non acceptando dictam ~~posit~~ institutionem papalem de regibus nostris gentes illa moueatur iusta et legitima causa et iuris autoritate. Et probatur sic. Ille habet iustam et legitimam causam non acceptandi vel saltem differendi principis vel etiam pape mandatum siue quamlibet aliam ordinationem: qui per eam se putat iniuste grauari: maxime si illud grauamen sit in totum populum vel regnum et ex eo timetur aliquod magnum scandalum oriri: aut periculosa turbatio totius populi vel regni siue aliud malum simile venturum. Sed illi populi et regna presertim principes et reges eorum et post fidem susceptam possunt se rationabiliter reputare iniuste se et suos multum grauari per sepe dictam pape institutionem de vniuersali dominio et iurisdictionis totius illius orbis ad reges nostros et merito timere magnum scandalum et grauamen ac periculosissimas turbationes in toto populo immo in populis et regnis acceptando dictam institutionem: cum viderint se omnes aliemigene et ignoto domino esse subiiciendos quod naturaliter omnibus hominibus ingerit timorem et sic admirari possunt de mente et bonitate ac de iustitia pape: turbari et exasperari inanimis suis ergo eiusmodi populi gentes et reges earum legitimam et rationabilem causam eiusmodi pape institutionem non admittendi vel saltem differendi eius acceptationem etc. Consequentia nota cum maiore et probatione maioris precedentis rationis. Minor probatur quantum ad primam partem

partem scilicet quod possunt rationabiliter se reputasse et suos iniuste grauari etc. Quia sicut probatum est in prima ratione nulla specie probationum et sic neque per Jus diuinum aut naturale vel etiam ciuile et canonicum pos sit probari eisdem: quia in neutro cautum reperitur: quod pro habenda cura conuersionis et salutis spiritualis ipsorum obligentur recipere reges nostros et extraneos in vniuersa les dominos: quinimo econuerso ius ipsum diuinum et naturale habent in suum fauorem vt quilibet medio-criter doctus potest perse intelligere et nos in dicto tra ctatu comprobatorio et latius in libro nostro de vnico vocationis modo omnium gentium ad veram religionem explanauimus consequens est: quod ad defensionem suam iure possunt opponere exceptionem iniusti grauaminis ma ximeque lesionis: et veraciter se sentire existimareque grauis sime et valde enormiter ledi cum sint regna et populi liberi et nulli preter dominos suos subiecti: et ipsi princi pes non recognoscentes superiorem arbitrantes et rationa biliter sentientes quod industriam: curam et expensas regum nostrorum quae subituri sunt vel iam subierunt propter suam conuersionem et reductionem ad christum ex more christianorum obtulisse ipsi christo gratis: sicut et ipsi gratis receperunt. ¶ Nam grauamen maximum et lesio magna immo maxima[+] vel alium superiorem recognoscere et habere plures dominos: aut quod dominus eorum non sit liber. Ut in c. fi. de dilatio. Et quod ibi notat doctores et in c. suborta. de re Judi et in l. imperialem. §. preterea ducatus de prohib. feu. alie. per frederi. et no. Inno. in c. auditis de prescrip. et hostien. et panor. et Feli. et alij in c. di lecti. de maio. et obedi. et in c. fi. eo titul. et idem Panor. in c. fin de caus. posses. et proprie. ¶ Sed si predicta gra

uamina

possunt grauamine opponere predicte insti tutioni.

[+] ab vniuersis ho...ib. sciatur: vel mu tare dominum

uamina & lesiones aliquis populus vel ciuitas seu provintia: sive regnum etiam inter christianos populos antiquos se[n]tiret ex literis aut rescripto vel qualibet ordinatione pape cum prima fronte deviet á naturali ratione et contra publicam utilitatem et que pararent perpetuum preiuditium eiuscemodi literis mandato seu ordinationi cuiuncq[ue] iuste et rationabiliter non obtemperaret nec ratum haberet etiam si haberet secundam Iussionem ergo longe ratio nabilius et iustius illi populi et nationes etiam post fidem susceptam: cum fune erunt teneri et recenti ac neophiti idest nouiter conuersi ad fidem possunt prefatam institutionem non habere ratam, nec illam acceptare: vel saltem differre consensum immo et resistere illi: per argu[men]to. a minori quod validum est in iure Ut in c. quemadmodum. §. nam si potest de iur. iuram. et in c. cum in cunctis de electio. Facit dictum Ioan. andre. in. q[uod] si per previlegium principis proprio motu concessum universitatem aliquam grauiter ledi contingat: est super hoc ipsius principis remediu[m] implorandum ut no. in. c. suggestum de deci. et panor in c. 2. de immu. eccle. colu. 5. ℂ Facit ad hec notabilis sententia Inno in c. inquisitioni de sen. excomuni. Ubi dicit q[uod] si papa mandat laico sibi non subjecto temporaliter q[uod] alicui det re[m] suam non tenetur ei obedire si non apparet legitima causa obediendi cum non sit ei subjectus temporaliter. Quod dictum facit ad multa s[ecundu]m Panor in c. que in ecclesiarum de consti. ad idem Clemen. Pastoralis. de re Iudi. Ubi ponderatur q[uod] Rex cecilie non suberat imperatori: tu adde q[uod] et si sit ei subjectus pot[est] non obedire: q[uando] non est vel apparet legitima causa vel saltem expectare secundam Jussionem iuxta predeterminata. ℂ Par secunda minoris scilicet q[uod] principes et maiores eorum merito timere habent scandalu[m] graue ac turbationem periculosam probata est in. §. 21. et videbitur etiam in §. 30. in quibus memorate fuerunt plures rationes quare merito ~~timere habent scandalum~~ universi habitatores illar[um] regiones

panor.

Inno

nota q[uo]modo q[uando] n[on] e[st] l[e]gitima causa pot[est] q[ui]s n[on] obedire m[an]datis pape

regionem possunt accerrime perturbari: et implacabi liter scandalizari. Iustam igitur et rationabilem causam habent: non acceptandi memoratam papalem institutionem vel saltem differendi eiusmodi consensum Vel acceptationem Et sic idem q prius.

C 3. principaliter idem probatur sic. Ille habet legitimam et rationabilem causam non parendi acceptandi aut differendi principis et pape mandatum, literas vel quancunqz ordinationem: qui ad non parendum acceptandum vel saltem differendum inducitur probabili et iusto timore. Sed populi et gentes ille cum suis principibus et superioribus inducuntur ad non parendum acceptandum et differendum consensum predictam pape institutionem pbabili et iusto timore ergo iustam et rationabilem causam non parendi acceptandi vel saltem differendi etiam postqz fidem susceperint institutionem prefatam mandatum vel quacunqz ordinationem Maior probatur, quia timor iustus etiam probabilis qui alias sm iura vocatur cadens in constantem virum qui est instantis vel futuri periculi causa et mentis trepidatio. ff. quod metus causa. l. i. quando scilicet timetur malum graue grauiter idest ex causa probabili excusat in omnibus que homo propter iustum metum seu timore facit propter pctum vnde excusat anullat rescindit et tollit actum requirentem liberum consensum vt patet per totum titul. ff. quod metus causa. et per. c. abbas. et. c. dilect. Ex que vi aut me. ca. fiunt. Adeo q contractus celebratus per metum in hisque consensum liberum requirunt: et ipso iure nullus vt legi: et no. in. l. similiter. §. f. ff. eo. et vide panor et alios in. c. veniens. El. 2. de sponsa. Vbi patet q ea que fiunt per metum talem regulariter non tenet: dummodo sine culpa sua quis incidat in metum, et pot peti rescissionem eorum que acta sunt per actionem quod me. ca.

litin

ut in d. iuribus. Et ea que inducunt iustum timorem seu metum sm s. Tho. in 4. dist. 29. q. 1. ar. 2. argu. 2. et in corpore: sunt mors verbera et cruciatus ut in d. c. cum dilectus de honestatio per stuprum et seruitus vel isti quidez ff. eodem isti. eodem. §. 1. 2. et 3. et vincula que reducut ad seruitutem. Ut in l. neqz timorem. ff. eodem. ¶ Metu etiam iustum infert perditio omnium vel maior pars temporalium bonorum ut in d. c. Abbas. et c. frequens. de resti. spoli. lib. 6. si non pot quis sustentari sine bonis que perdere timet. Ut no. per panor. et alio in d. c. abbas. et glo. in l. aduocati. C. de aduo diuer. Iudi. dt no. pecunia esse vitam hominis: et q bona temporalia non sunt aliud qz vita corporalis. Unde sicut metus mortis excusat ut (dictum est) ita metus perdendi bona temporalia vel maiorem partez illorum. Et ratio e. quia si in materia odiosa equiparantur omnia bona et maior pars bonorum ut in d. c. abbas frequens: idem videtur in casu fauorabili ut no. Panor in d. c abbas. inde est: q bona temporalia ut necessaria semper sequuntur conditionem persone ut in c. 1. de iure patro. et in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. nam vita nostra corporalis sustentari non potest sine adiuuamento temporalium. Et contra. 1. q. 1. si quis obiecerit. et glo. in d. c. Abbas. ex hoc non solum quando quis sine illis rebus viuere non pot: sed etiaz quando grauem jacturam patitur. Et facit pro hoc. c. presbyteros. 50. dist et. l. penul. C. eodem. Et predicta habet talem effectum excusandi: et iam sisint solum in comminatione et non illata qn pbabiliter estimatur q ita erit. argu. eorum que no. in d. c. cum dilectus de hisque vi. me. fi. Unde timore iustum inducunt verba minatoria vel sola potentia tyrani qui solebat male tractare homines non acquiescentes precibus suis. Nam tunc sole preces ingerunt iustum timore. not. per glo. et docto. in d. c. cum dilectus. debet ergo iudex considerare personam minantis. Nam sunt aliqui homines qui

minatur

que sunt q causat iustu metum

qui minantur et statim execuntur et alij multa minant et nihil faciunt. Ut not. barth. intractatu de tyrano.
barth. Et Inno. Et hosti. et alij in d. c. cum dilectus. Inferunt quod
Inno. iustum metum mine et terrores potentum: et hoc si tales
hostien. potentes solent seuire post minas: alias mine non excusa rent Bartho. in d. l. metum. Idem intelligitur de minis et terroribus mariti vel prelati. Et predicta intelligun si ea vel aliquod predictorum immineant persone proprie: siue filiorum, siue vxoris et huiusmodi secundum sanctum Thomam vbi supra ar. 2. et in d. l. isti quidem ff. eodem. Minor autem scilicet quod gentes ille inducuntur ad non acceptandum dictam institutionem iusto timore etc. Probatur quia sicut supra dictum est et dicetur: primus per quo hispani regionis illas sunt ingressi hoc fuit quod inopinate gentes illas pacifice in suis domibus existentes inuaserunt eas in auditis cedibus, incendijs gladijs, trucidationibus rapinis nulli sexu vel etati aut dignitati parcentes occidebant qui bus etiam crudeliter deuastabant vniuersa: et scandalis et perturbationibus clamoribus luctibus. lamentis et timoribus totum illum orbem impleuerunt: nihil aliud principaliter preseferentes nisi vt incuterent timorem et horrorem su ipsorum animis innocentum: quatenus post illos tute in seruitute accerrima prohibitu tenerent. Nempe si nondum experti fuissent in iustos, crudeles et execrabiles Hispa norum mores iustissime et meritissime ad huc timere et vade formidare poterunt sibi et suis imminere predicta ma la iustum timorem inducentia: videndo gentem ignotam barbatam et robustam: sibique aspectu terribilem armis tam efficacibus circumseptam: et moribus a se distantissimam: et suspicantes se oportere velint nolint cum illis in ire con sortium ac in proprijs terris et domibus recipere debere perpetuis temporibus moraturam. Nulli enim mentis sane dubium esse poterit quin persuadeat sibi tales gentes probabili et iusto met

necessari

necessario fore mouendas et horribiliter concutiendas: ne ab
eiusmodi hispanorum gente feroce: bona sua: dominia:
dignitatesque: et iurisdictiones subripiantur: verbera: et cru
ciatus: vincula dehonorationes per stupra et adulteria: ser
uitus insuper proprijs personis et filiorum vxorumque infer
rendum est: et mortem prout plerissime & pessime pro
dolor factum est. Et si addas quod maiorem et probabiliorē
metum faciet vniuersis populis magnis et paruis scilicet in
certitudinem integritatis, rectitudinis et affectionis ad ipsos
principis vel domini futuri: tunc erit plenior minoris pro
positionis probatio. Dictum est enim supra. §. 25. quod Reges
alterius extranee et ignote gentis solent parum affici ad
gentem cui de nouo preficiuntur. Et sic non curare multum
de eis: sed oneribus indebitis et extorsionibus oppressiuis in
iuste grauare atque interdum vsque ad exalandas animas subdi
torum inclementer affligere. Et ex hoc merito valde timere
potuerunt et poterunt. Cum ia ergo nō solum attenditur quod est:
sed quod esse poterit: eo quod euentus sunt in hominum consideratione
l. pro filio. ff. de here. insti. l. aut facta. §. euentus ff. de penis. et
§. posteriore instiquibus modis testa. infir. et in. l. generaliter.
§. si libero homini. ff. de fide com. liber.] Ideo concludendum est
satis probatum esse minorem scilicet quod populi et gentes ille cum suis
regibus vel principibus et superioribus etiam post fidem suscep
tam inducuntur ad non parendum vel acceptandum vel saltem
differendum consensum institutionis papali de regibus nostris: pro
babili et iusto timore. Manet igitur clara et inconcussa princi
palis nostre minoris propositionis veritas videlicet populos illarum
regionum Iustissimam et valde rationabilem causam habere:
non acceptandi memoratam pape institutionem et post fidem
susceptam: vel saltem differendi ac suspendendi consensum:
Et proinde penas nec temporales nec ecclesiasticas mereri
ergo nemini licitum est illas inferre non magis post fidem
sus

satis cōstat in nostro orbe ideuenisse cum in nullo alio vige let hispani nisi in augendis tri butis in dorum et idem ministri re gis faciunt

susceptam: q̃ dum erant infideles.

§. 26.

obiectio contra predicta.

Contraria videtur de necessitate teneatur stare papali institution

¶ Contra ea que decissa sunt videtur posse aliquid non leviter opponi: videlicet quod cum credere summum pontificem esse xpi vicarium et omnia in ecclesia posse ordinare et operari pro eiusdem utilis ecclesie utilitate que christus potuit sit de necessitate fidei: videtur quod illi populi etiam teneantur credere papam potuisse in fidei favorem predicande illum orbem ordinare atque proinde prefatam facere institutionem. Est enim manifestum ex supra determinatis maxime inconsideratione: 3ª. ipsam institutionem ad predicationem evangelii: et conversionem illarum gentium tanquam propter finem ordinari. Quod si credere tenentur ergo obedire ac executioni operando mandare (idest) ad mittere illam institutionem et consensum libere prestare sicut et aliis fidei articulis. Alias fides sine operibus nihil valet Iacobi. Unde alter de duobus inconvenientibus sustinebunt necessariam vel heresim non efugient si non credederent: vel gravem contumaciam committent si non obediunt. Et tunc summus christi vicarius et quilibet epus posset contra eos ecclesiasticas censuras fulminare quod est contra conclusionem.

¶ Sed dicendum non obstare. Nempe gentes ille postquam primam sacramentorum ianuam fuerint ingresse et in hiis que fidei sunt plene per plures annos instructi atque sufficienter informati credere tenentur: papam esse vicarium iesu xpi: caput summum et unicum ecclesie universalis: super eam totam habentem principatum: cui comisit Deus tam terreni quam celestis imperii curam: idest omnes sunt ei subiecti quantum

ad

ad spualia et in casu etiam quo ad temporalia sicut late in nro tractatu comprobatorio probavimus. Et ob hoc nulli inferiorem vel equalem sed superiorem omnibus et super omnes habentem iurisdictionem et plenitudinem potestatis: et omnium esse generalem prelatum. Et quot possit ipse Romanus pontifex statuta firma perpetua et inmutabilia condere: quam firmitatem innuit Christus dicens: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: quasi videlicet ipse Xus. sit fundamentum ~~niale prelatum~~. 1. Cor. 3. Petrus aut et successores quasi petra prima infundamento. Unde ipse post Xpm est ecclesie fundamentum secundum Hieronimum Chrisostomum, Origenes, et sanctum Thomam. 1. p. q. 112. 2. 2. 22. q. 1. ar. 10. c. opus. 2. c. 65. et. c. 66. Item tenentur et credere q papa dat robur et autoritatem concilijs et statutis conciliorum. 17. dist. concilia: et qui tandem omnes iudicat omnes iudicat: et anullo potest iudicari. 40. dist. c. Si papa nisi inueniatur deuius afide. 9. q. 3. c. conquestus. Et probantur omnia predicta in. c. non decet. 12. dist. et 19. dist. c. ita dominus. et. 2. q. 6. c. qui se scit. et. c. pro humani. de homi. lib. 6. et in clemen. Romani de iur iura. et in. c. omnes. 22. dist. et in extraua. unam sanctam per bonifa. et. 17. dist. per totum. et. 2. q. 5. c. ideo. et 3. q. 6. c. dudum. Que omnia sunt priuilegia ecclesiastica Romane atqz vniuersali ecclie adeo collata vt in. c. omnes 22. dist. que qui non credit: vel auferre conatur, hereticus est vt in. d. c. omnes. Est enim omne id de iure diuino. Unde de hoc proponitur unus specialis articulus fidei cunctis credendum in Symbolo: Credo sanctam ecclesiam catholicam. Que intelligitur ecclesia vniuersalis cum capita suo ~~summo~~ scilicet potifice idest papa vt in. d. c. omnis. et in. d. non decet. Dicit quoqz S. Tho. in opusculo contra errores Grecorum, et 2a 2e. q. 1. ar. 10. Qui quia papa habet vniuersalis ecclesie primatum ad

S. Tho.

potestas suprema in summo pontifice ab omnibus fideli bus credenda

ad quem pertinet ea que sunt fidei determinare ut ab
omnibus in concussa fide teneantur: et in eo principaliter
residet autoritas universalis ecclesie: et ideo ad fidem et
pertinet in herere determinationi summi pontificis in h
que fidei sunt: et in his que spectant ad bonos mores. E

Quomodo papa in quantum papa in fide et moribus errare non pot.

in huiusmodi ecclesia errare non potest et consequenter
nec caput eius in quantum caput siue in quantum pontifex.
Quod intelligitur quando interrogatur in dubijs non vt vir
doctus aut talis persona sed vt caput Xpianitatis. Ut
in .c. quotiens et in .c. arecta. et in .c. hec est fides. 24. q
et .25. q. 1. c violatores. Qua propter ad ipsum maiores de
bapti. et. c. 42. dist. Et generaliter ipse habet inter
omnia dubia que orta fuerunt in ecclesia Dei extraquisit sint
legi. c. per principalem. ¶ In alijs aut que ad fidem et bonos m

in alijs quo non de fide et moribus agitur papa erra re pot quia in illis sequitur rationem humanam que difficere potest

res non spectant. vt in sententijs et determinationibus que ad
particularia facta pertinent vt cum agitur de possessionibus
vel de criminibus vel de huius modi papa errare pot quia sequitur
rationem humanam que falli pot vt dt. s. Tho. Quodlib. 9. ar. vlti.
Et Joanne de Neapoli post eum. Quodlib. 11. Facit ex de sent. e
excoi. c. a nobis el. 2. vbi habetur quod iudicium ecclesie fallit et fa
llitur. Immo non est hereticus sentiens contra determinationem eccl
in alijs quibus inspectantibus ad fidem et bonos mores. Quemadmodum
Joannes papa .22. determinauit in extrauaganti ad conditionem: q
ius separari non pot ab vsu in vsu consumptibilibus: et tamen dicit
huic sententie contradicentes esse contumaces et ecclesie rebelles
non aut hereticos. ¶ De huiusmodi aut est negocium quod in p
tiarum tractamus. Non enim pertinet ad fidem vel bonos mo
quod summus pontifex concesserit dominium seu principatum il
rum terrarum regibus hispaniarum cum neque in fide vel in jure
diuino aut naturali ratione talis institutio non includitur siue fun
detur: nec etiam in doctrina sanctorum reperiatur, sed potius inue
nietur contrarium. Sed est potius quedam humani juris deter
minatio que potuit aliter se habere, et ex humana voluntate

idest

idest pape dependere. Unde post successionem et fidei et
plenam omniumque ad fidem spectant et ipsi scire tenent[z]
informationem: quamvis eiusmodi populi ad credendum quod papa
est vicarius christi et ~~cetera huiusmodi~~ a christo habet omnem
quam habet autoritatem ac super omnem hominem iurisdictionem
modo quo dictum est et cetera huiusmodi obligentur: non ~~tamen~~
~~tenentur~~: papam potuisse auctoritate sibi concessa credere divinitus:
reges hispaniarum in universales principes in preiudicium natu
ralium regum et magistratum sine culpa sua totius illius orbis
instituisse: itaque si non credant culpam heresis incurrant. Quod
probari potest dupliciter. Primo sic. Nemo tenetur credere nisi que
cadunt sub fide vel directe et principaliter puta articulos fidei
qui scilicet sunt de his que visuri sumus in patria ut trinitatem
personarum: vel per que venimus ad patriam ut misterium
incarnationis christi: vel indirecte et secundario ut ea ex qui
bus si non crederentur: sequerentur alicuius articuli corrup
tio secundum S. Thom. 2a 2e. q. 11. ar. 2. c. et q. 1. ar. 6. 1. et
ar. 8. in corp. et q. 2. ar. 5. c. ar. 7. c. Pertinet quoque ad fidem
omnia que sunt in scriptura. per accidens: tanquam declarativa per dicto
rum ut S. Tho. dicit ubi supra q. 1. ar. 6. ad 1. ad fidem insup
per accidens pertinet omnia que continentur in doctrina ecclesie. quia
ut idem S. doctor. inquit. q. 5. ar. 3. et 3. senten. dist. 23. q. 3.
ar. 3. q. 2. et Quodlib. 6. ar. 6. Quicunque sicut infallibili et divine
regule non inheret doctrine ecclesie idest non credit omnia que
credit et tenet ecclesia que procedunt ex prima veritate ma
nifestata in scripturis illi non habet habitum fidei: sed ea que sunt
fidei aliter tenet quam per fidem. hec ex illo. Sed neque in articulis
fidei qui pertinent ad divinitatem vel ad humanitatem: neque in scri
pturis divinis neque in doctrina ecclesie invenitur quod debeatur univer
salis principatus illius orbis regibus hispaniarum ~~pp~~ hoc quod curam
gerant fidei predicande in eo: aut quod papa possit illum concedere:
neque quod non credendo hoc sequatur corruptio alicuius articuli.
ergo non tenentur nationes ille credere papam potuisse reges
nostros in universales principes illius orbis instituere. Minor
claret

Sine culpa heresis post bapt[m] susceptum possunt novi orbis incole dubitare an fuerit iurisdictio concessio facta per papam illorum regnorum.

Que sunt que ad fidem pertinent.

~~minus~~ claret intuendo per singula. consequentia probatu[r]
quia non omnia acta et determinationes summi pontificis te[ne]
nemur credere atque illis adherere de necessitate fidei: sed illi[s]
dumtaxat que ad fidem spectant et bona mores ut ex dictis
apparet ergo. Neque quod potuit reges nostros instituere in princip[es]
illius orbis universales aut concedere illius imperium: quia
hec non spectat ad fidem vel bonos mores: sed solum spectat
ad voluntatem ipsius pape: qui prefatis clarissimis regibus illu[d]
voluit concedere: quod si non fecisset: semper fides incorrupta pe[r]
maneret. Nec hoc non credendo sequitur alicuius articuli corru[m]
ptio: quia si sequeretur esset articulus per hoc non corrumpitur
cum possumus sentire contrarium huius quod est: papam non
posse errare in casu aliquo quia ad fidem vel ad bonos mores
non spectant: et tamen remanebit articulus ille incorrup[tus]
quia non dubitatur quod papa sit vicarius Dei, atque caput u[ni]
ecclesie vel ~~quod~~ quod in his que fidei sunt bonorumque mor[um]
vera et sine errore salubria determinet etc. Ergo non sequitur
corruptio alicuius articuli ergo non credere quod papa potuit
talem institutionem facere: non incurritur culpa heresis.

§. 27.

C 2°. probatur idem sic. Nemo agit contra fidem si non cr[e]
dit vel dubitat de eo in quo catholici doctores contrarie opina[ntur]
donec per ecclesiam determinetur quod illud est contra fidem. vel q[uod]
ex eo aliquid contrarium fidei sequetur. Sed circa potestatem p[ape]
maxime in temporalibus: quia videlicet possit exercere tempora[lem]
vel iurisdictionem vel in quibus casibus: catholici doctores
discordant et contrarie opinantur ut patet in c. Novit.
de iudi. et in c. licet. de foro compe. Et in c. venerabilem
de elec. et in c. per venerabilem extra qui fil. sint legi. Et in
multis aliis iuris locis et tractatibus quos super hoc scrips[erunt]
rum

runt. Et specialiter in ipsa met materia de qua tractamus scilicet si apud infideles sint iuste legitima dominia et iuris dictiones etc. ergo ille populi et nationes non agent contra fidem si non credant vel dubitent etiam post susceptam fidem papam posse reges hispaniarum in superiores illius orbis instituisse. Maior est. s. Thome. 1. p. q. 32. ar. vlt. et quolib.

varie loquuntur doctores de potestate summi pontificis in temporibus.

s. Tho.

gna clara et specialiter probatur vt patet per Innocentius et hostiensem. Nam ille dicit apud infideles esse legitime dominia et iurisdictiones nec ecclesiam posse illos eisdem bonis sine culpa spoliare quem sequitur turba multa doctorum canonistarum et legistarum similiter. Iste vero ingenue asserit satis absurde in aduentu christi omnes infideles ipso iure fuisse talibus spoliatos, et sic facit eos incapaces dominiorum. Hunc sequuntur nonnulli vt videtur, sicut ipse parum de necessaria infidelium differentia seu distinctione intelligentes. De Theologorum autem schola est imprimis. s. Thomas. 2a 2e. q. 10. ar. 10. et. q. 66. ar. 8. ad 2m. qui apud infideles esse iuste dominia et iurisdictiones subtiliter probat. Idem Augustinus de Anchona in tractatu de potestate pape. q. 23. Nouissime autem dominus cardinalis caietanus in. 22. q. 66. vbi supra clarius et intimius licet paucis verbis prosequitur dubium hoc: et reddit illud veritatem apertissimam vbi sic ait: quod si inueniretur pagani qui nunquam imperio Romano subditi fuerunt: terras inhabitantes in quibus christianum nunquam fuit nomen. Horum namque domini quamuis infideles legitimi sunt siue regali siue politico regimine gubernentur. De his nullam scio legem quoad temporalia. Contra hos nullus rex nullus imperator, nec ecclesia Romana potest mouere bellum ad occupandas terras eorum aut subijciendum eas temporaliter: quia nulla sub est causa iusti belli. Unde grauissime peccaremus si fidem christi per hanc viam ampliare contenderemus: nec essemus legitimi domini illorum: sed magna latrocinia committeremus et teneremus ad restitutionem vt pote iniusti debellatores aut occupatores etc. hec ille. Cum igitur inter illustres doctores sit de huiusmodi controuersia: immo vt in plurimum omnes sequantur veritatem quam defendimus scilicet quod papa non possit

legitimum dominium esse apud infideles probatur

s. Tho.

aug. de anchona

caietanus.

occupare

occupare vel auferre terras vel dominia infidelium ergo nec
contra eorum voluntatem eis preficere alium dominium ergo
non credere aut dubitare post fidem susceptam: papam non posse
facere memoratam institutionem de regibus nris gentes ille n
incurrent culpam heresis. ¶ Ad non credendum namque in
ducuntur efficaci motivo scilicet naturali ratione ex iure ipso na
turali elicita. Quia videlicet habet reges suos et dominos naturales
qui se in iustitia et pace omnique bono politico regimine suo modo p
ut sine fide virtutibus moralibus possunt, gubernant, et ideo
merito omne aliud alterius extranei principis regimen: non
necessarium sibi: sed superfluum naturali consideratione d
existimabunt quia natura non abundat in superfluis: si
cut non deficit in necessariis secundum Phm. ¶ Neque etiam
si literis papalibus dicte institutionis nolint consentire:
mandatis super hoc apostolicis statim obedire: rebelles au
contumaces erunt. Tum. i. quia illud faciunt iuris autoritate
§. 23. in prima ratione ad probandum minorem. Tum. 2.
quia iustam causam non parendi nec consensum prestandi ha
bent ut late patet supra §. 23. 24. 25. Tum. 3. quia gentes
ille tum reges quam populares sentiunt se tali promotione seu ins
titutione gravissime et enormissime gravari et maximum
per iudicium pati. Et ideo sunt audiendi et non sic ex abrupt
iudicari ut infra. 4. conclusione principali monstrabitur. Tum
demum. 4. quoniam universe ille nationes post fidem et suscepta
laborant ignorantia probabili quinimo invincibili ut. §. 25. ~~quoni~~
~~am universe ille nationes~~ et 24. et. 22. patet. ¶ Ignorantes au
probabiliter vel invincibiliter cum id agant vel omittant si
dolo et affectu errandi contumaces vel rebelles non possunt
apellari. Unde si per impossibile alique sententie spuales
seu ecclesie contra illos fulminarentur in hoc casu: nequaquam
eos ligarent in conscientia quoad deum neque quoad ecclesiam
Probatur hoc quia ad hoc quod quis incidat in excommunication
maxime requiritur dolus verus vel presumptus: cuius modi est
lata culpa. l. quod nerua. ff. de po   tenet hoc Ioa. andre
in c. quante de sen. exco. ubi dicit quod in nullum canon aliquis
incidit

Non ero sunt rebelles qui mandatis super hoc apostolicis non statim obediunt

incidit: nisi sit in dolo: et idem Innocen. in c. cum medicinalis eo ti. lib. 6 facit quod no Bartho. in l. quicunque. C. de seru. fugi. Ubi ait quod ubicunque loquitur de pena capitali vel corporali sub intelligitur dolus ergo a fortiori ratione in hac pena que ani mam occidit mutilans a corpore vivo (id est) sancta Ecclesia.
¶Non ergo gentes ille non credendo papam potuisse institu tionem dictam facere: aut non admittendo illam nec con sensum prestando heresim aliquam contrahent: nec committet: contumacion: Sed stat bene quod illud non credant vel du bitent: et istud non admittant: nec velint reges nostros suscipere in superiores universales: et sint catholici et obedi entes filij apostolicis mandatis inde fit consequens: quod nec per pe nas vel censuras ecclesiasticas: sicut per temporales puniri non debent aut molestari. Et sic patet veritas conclusionis in prim. §. 22. si tuate. Patet insuper manifeste quod necessarium sit regibus nostris quod blandissime ac dulcissime bonis rationibus et sua sionibus ad se suscipiendum per liberum consensum gentes ille inducantur: si vite ac recte illius orbis et vastorum regnorum eius volunt principari: et sic ista particula Undecima tam contenta sub ordine iuris divini et naturalis: non est superflua, Sed necessaria sine qua nihil iuridicum erit factum.

quomodo blande et pacifice cum indiarum natio nibus agendum est ut libere consentiant in promotione re gum hispaniarum.

¶Et iuxta predicta volumus ut intelligantur et corrigantur ea que in nostro tractatu comprobatorio de iure regio in pro batione prime conclusionis in 2. principali ratione diximus. Videlicet quod cum primum gentes ille sacrum baptismatis sacra mentum susceperint habent reges nostri completam potestatem in actu. et quod possint exercere contentiosam iurisdictionem in illas etc. Sed addendum est ibi: et postquam consensum prestiterint liberum: quemadmodum prescriptum est et quod dixi in 19.a propositione ad consilium regale indiarum scilicet universos reges et domi nos naturales communitates civitates et populos illius orbis postquam fidem voluntarie susceperint ~~teneri~~ ad recognoscendum reges nostros in imperatores et universales dominos servatis ~~tamen~~ iuri bus et dominijs regibus et dominis naturalibus et populis ceterisque sin gulis personis prout in 18.a propositione continebatur. Quod si ante

baptis

notandu[m] q[uo]d et post baptismu[m] liberu[m] est eis co[n]sentire in supremu[m] rege[m] extraneu[m] et a nullo possint compelli

baptismum noluerint a nullo iudicum de mundo pp̄ter hoc iure
puniri. Ubi videbatur supponi q̄ post baptismum susceptum
si non recognoscerent possent compelli et puniri. intelligendu[s]
tamen hunc passum sic volumus (videlicet) q̄ tam post bapti-
mum q̃s ante si nolunt reges nr̃os recipere in principes supre-
mos nullus est iudex de mundo qui potestatem habeat illos hac de
causa puniendi. Prout determinatum relinquitur in supra posi-
conclusione et eius probatione. Quoniam in sua facultate natural-
habent ius consentiendi vel dissentiendi sepedicte institutioni
papali in utroq3 statu eorum (Scilicet) vel ante vel post suam conv-
sionem ut ex q̃s plurimis jam probatis hec veritas evidens facta est
et habent multas alias exceptiones si in iudicium contradictori-
hec causa adduceretur.

obligati essent post fidem susceptam ad recipiendos reges nr̃os in principes si mala et crudelia a nr̃is hispanis passi non essent.

Veruntamen fuissent obligati ad susci-
piendum reges nr̃os in principes si mala crudelia et damna irrepa-
bilia tyrannidesq3 a nr̃is hispanis passi non fuissent: si fides paci-
fice et secundum formam christianam eis predicata esset obligatio
que ad antidota dicitur. Que obligatio insurgit ex illa equitate
naturali ut benefacienti nobis benefaciamus. l. sed si lege. §.
consuluit. ff. de peti. her. et c. cum in officijs. de testa. Nec tam-
est talis ista obligatio qualis ē illa naturalis que ortum habet ex
pacto. Nam propter istam nulla competit actio. l. etiam ff.
de compe. Ubi talis obligatio ad antidota non pot̄ deduci in
compensationem. l. ex hoc iure. §. penu. ff. de dona. de hoc vi-
que no. in c. ad nostram de proba. de hac igitur intelligi-
in dicta nr̃a propositione. 19. fore naturales reges obligatos
ad reges nr̃os et ideo ista ibidem suppleantur. Et hec de se-
cundo statu illarum gentium scilicet postq̃s christiani et bapti-
zati erunt dicta sufficiant.

¶ De tertio vero eorum statu scil-
post recepta inaudita mala per nr̃am crudelem tyrannide-
tot strages tot populationes et eversiones populorum opp-
dorum et civitatum: immo et regnorum: que nunc versa
sunt in deserta et solitudinem facta ferarum habitatio: cum fu-
plenissima mortalibus et ceteris speciebus innumeris crucia-
tu-

suum (taceo de rapinis captiuitatibus / sublatis thesauris / domi
niis et dignitatibus usurpatis) et infinita omnis generis
calamitatum nec visa nec audita vel sommiata usque terra
rum: que a nobis perpessi sunt sine causa. Si de hoc statu inquam
loquamur: manifesta est responsio quam tibi dabit quilibet quantum
cumcumque sit nutritus in siluis et natura barbarus. ¶ Nempe
dicet non modo illos non teneri ad reges nostros recipiendos
super regna non sua ut illa sunt: sed si propria et patrimo
nialia fuerant deducta per legitimam successionem: merito
ac iure fore iisdem spoliandos et tanquam hostes publicos bello
insequendos ac morte crudelissima cruciandos. Talem namque
opinionem merito conceperunt gentes ille de nostris inclitis
regibus hispaniarum: scilicet reges fortes / robustos / impios in
misericordes: implacabiles et uniuersis de mundo crudeliores et in=
iustiores semper sitibundos humano sanguine: putantes uniuer
sa mala que sustinet procedere ex regum ipsorum propria volunta
te. Quod tamen verum non est ut infra explicabitur. Et ut
ista finiamus: bene possunt reges nostri spem omnem relinque
re: quod nunquam illius orbis tute sine conscientie scrupulo tenebunt
principatum: etiam si gentes ille consensum prestent: quoniam
semper iura presument prestare illum metu iustissimo coactos:
sed quod peius est ac periculosum valde: quod nec petetur ab illis
grauatis propter consiliariorum insensibilitatem: nec ipsi
unquam vere nec interpretatiue prestabunt. Et nunc videat
et iudicet quispiam etiam barbarus utrum nec sit hec parti
cula (quot mansuete et oblandis verbis et rationibus gentes illas
inducere ad consensum prestandum oporteat) ut reges nostri
illius orbis principatum rite ingrediantur: superflua an
necessaria. /

mala que in nouo orbe ab hispanis per petrata sunt

valde nota

dicit quod nunquam sine conscientie scrupulo reges nostri habebunt principatum noui orbis suppositis malis rapinis devastationibus etc.

in consiliarios rei cit culpam eo quod ipsi tene at[illegible] facti et quam fuit

§. 28.

Ultima conclusionis secunde principalis particula continet quod habito regum et populorum consensu libero et eiusmodi papali de regibus nostris institutione voluntarie rata habita et acceptata: tractatus cum eis et pacta, de modo regnandi: de tributis regibus nostris tri-buendis cum prestatione iuramenti utriusque partis de con-ventione et pactis seruandis et similibus hanc igitur rest[at] probari. quam sic probamus ✝

Naturalis ratio dictat quod populus liber volens se alicuius directioni vel regimini subiicere et de libero se subiectum f[a]cere obligando personas suas ad fidelitatem alteri seru[an]dam et sic conditionem propriam deteriorare quantum ad diminutionem proprie libertatis (quia secundum bald[um] in .l. si aquam .C. de serui et aqua pluuia) licet fidelitas et subiectio non sit plena seruitus: et tamen quedam specie[s] seruitutis vt no. de vsuff. l. sicuius. et in .l. cum seruum ad fi. C. de ser fugi). aliquas conditiones ab illo rationabi[li]ter potest petere: quia quilibet in traditione rei sue potest imponere pactum legem vel conditionem quam vult: qui[a] in re propria quisque est moderator dispositor et arbiter .l. in re mandata. C. mandati. Multo magis in tradend[o] quis seipsum, potest imponere legem et conditionem dummod[o] sit rationabilis. Et iuste potest se quis submittere vni perso[ne] vel comunitati in his que non sunt contra deum et que secundum [se] non habent aliquam ad naturalem iustitiam repugnantiam: [in] quibus melius potest dirigi per illum cui se submittit quam per se ipsum vt dicit s. Thomas .22e. q. 57. ar. 2. hinc mos fuit apud omnes populos et gentes in institutionibus vel electi[o]nibus regum a principio quo creare voluerunt et constituere

supe[r]

superse magistratus siue reges: vel incoronationibus eorundem: siue quando successores regnis admittuntur aliquem tractatum pactus legem vel conuentionem siue compositionem facere vel iam factam cum predecessoribus renouare inter vtrunqz scilicet regem et populum sponte ac bona fide: administrationem seu exercitium regie potestatis et iurisdictionis precedere: tractantes / et pacicentes: Rex quidem promittens verbis sub sacramento atqz in scriptis iuransqz tacite aut expresse curam debitam populi habiturus introducturusqz bonum regimem atqz concedens libertates / exemptiones / bonas consuetudines ab antiquo traditas: Vel si non sunt aut populo veteres non placent: alias nouas et aliaque populus expostulat sibi ad sui conseruationem in bono statu totiq rei publice proficua priuilegia interque semper ingreditur seu intellexit et si non dicantur expresse q nullum nouum grauamen impreiuditium popoli adinueniat vel exercet. Sed q in pace et tranqilitate omnes pariter conseruabit: et tanquam pater totius rei publice sit patriam defensurus. Nam si qrilibet homo liber in tradictione rei sue pot ponere legem et conditionem quaz vult dummodo sit rationabilis alteri naturali iure tenetur seruare vt extra de condi expoti. c. verum. et. 18. q. 2. c. Eleutherius et. ff. de pac. l. 1. Nec scienti vel voleti sit dolus. C. de transac. l. cum donationibus: et pacta debent seruari ex de pac. c. Antigonus. longe potius liber populus in traditione sui ad Regem vel rectorem cui se voluntarie gubernandum committit ad bonum sui ipsi et propter hoc se obligat ad eum Reuerendum: obediendum / et seruiendum ei: fidelitatemqz perpetuo seruandam:

tributa

tributa et alia onera et iura regia soluenda. Poterat iuste ac rationabiliter legem ponere atque conditionem quae sibi placuerat et tenebatur et nunc tenetur rex vel rector sic populo electus obseruare naturali iure vt apparet in c. i. de probatio cum ibi notatis per doctores canonistas et legistas in supra citatis iuribus. Populus autem pollicebatur necessarium honorem subiectionem fidelitatem et debitum famulatum cum ceteris que immediate dixi: decernens reddere certa tributa et annos redditus: tum in recognitionem vtilis dominii et signum subiectionis de quo argumentum in c. omnis anima extra de censibus. et de causa posse. et proprie. c. fi. et. 10. q. 3. c. illud et. C. de episco. et cler. l. nulli. Tum pro statu honesto conseruando regis etc. Ecce contractus vltro citroque aut ex vtraque parte obligatio ex voluntate partium consurgens ideo dicimus quod pasciscendo diversas in vnum trahimus voluntates. Unde Rex vel rector aut magistratus remanet exinde regno et reipublice obligatus: et regnum et respublica regi vel magistratui. Et has compositiones super tributis et muneribus exigendis minuendis vel augendis interdum aut permutandis facte inter dominos et subditos seruande sunt nec possunt per dominos reuocari: quia habent vim legis quo ad eos vt in. l. cesar. ff. de pub. et. l. donatione la. 2. C. de dona. ante nuptias et. l. illud ab vna. et ibi no. C. de anno. et tribu. lib. 10. predicta patent per illud quod Samuel fecit et ordinauit vel potius deus per illum. Nam postquam statuit Saulem in medio populi iam per sortem ostensum regem et populus voluntarie acceptauit eum dicens viuat rex: statim posuit legem regni ibi: locutus est autem Samuel ad populum legem regni (idest) secundum

adytendum quod tributa sunt per in augmento.

dum glosam inter lineatem) qualiter populus se debebat habere ad regem et Rex ad populum et quid rex a populo exigere: et quid populus regi dare deberet. Ecce contractus et pacta et hinc inde obligatio 1°. regum. 10. ¶ Eadem apparent in David 2do Rege illius populi Israelitici. 2. regu. 5. Ubi dicitur quod percussit David cum populo fedus: quia fecerunt inter se compositionem quantum ad legem regni de modo regnandi scilicet quanta potestas regibus committebantur: et que onera et servitia posset imponere imponere subditis: quia iuravit David ea observare populo: populus vero iuravit observare que regi promittebat. Et ista capitula iurata vocabat fedus: vel lex regni ex constitutione Saulis in regem cum samuele autoritate Dei facta: quam scripsit samuel in libro et recitavit coram toto populo ut dictum est. Ista fedus erat quidam modus contractus nimis validi in quo erat promissio ex altera vel ex utraque parte ad faciendum aliquid et signum amicitie. Et ista promissio firmabatur iuramento: et ut esset firmior adhuc faciebant quandam ceremonie (scilicet) quod occidebantur animalia et dividebantur in duas partes et facientes pactum transibant inter illas divisiones significantes per hoc: quod quicunque fedus violaret: divideretur in partes duas sicut animal illud. Hoc patet gene. 18. de federe quod fecit Deus cum abraham. Et populus cum domino tempore regis Ezechie Hieremie. 34. Et inter Deum et populum in datione legis Exodi. 24. Et Nicolaus utrobique. et glosa Neemie 5. ¶ Patet igitur qualiter in prima constitutione regis quidam contractus vel fedus pacta et conventiones fiebant ad quod naturali ratione homines cum sint rationales in

quomodo fiebat pactum

ducebat

Salomō grauauit popu lū tributis

pplus voluit cū Roboā qui succedebat in regno pacta cōponere sup tributis se soluendis

ducebantur et prudentia. Similiter erat qn successores regum ad regale fastigium loco premortuorum per populos ad mittebantur qp scilicet pacta et compositiones habita cum predecessoribus vel confirmarentur vel reformarentur maxime si erant in iusta vel iusta violata tamen. ¶ Hoc pz. 3. regum: 12. vbi habetur qp mortuo Salomone qui nimis grauauerat tirannicis exactionibus et importabilibus annis tributis populum: cum in Sychen vniuersus populus israel congregaretur ad constituendum filium eius Roboan sibi regem: prius voluerunt componere cum eo super imminutione seu relaxatione tributorum quibus grauissime premebantur et durissima seruitute aqua Salamone viuente non potuerunt liberari. Nunc aut quia instituebatur rex nouus et erat verisimile omnia iura (si vera iura dici mererentur) que pater eius extorquerat petiturus esset: cum sit consuetudo regnantium nouas inuenire exactiones veteres aut nunqz minuere: habebant oportunitatem se liberandi ab huiusmodi iugo et seruitute componendo cuz rege suo ne opprimeret eos sicut pater suus. Unde sic dicitur ibi venit aut Robam in Sychen. Illuc. n. congregatus erat omnis populus Israel ad constituendum eum regem et loquuti sunt ad Roboam dicentes: pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaqz imminue paululuz de imperio patris tui durissimo / et de iugo grauissimo quod imposuit nobis et seruiemus tibi etc. Et ipsum ipa nālis ratio ex poscit vt quod antecessor male ac tyranice egit in regno grauando populum successor componat et emendet ad populi petitionem iuretqz deinceps se id seruaturum. Velut si a principio eligentes siue instituentes super se regem de nouo pasciscerentur eandem conditionem. Non. n. minus liberi

liberi sunt regnicule sub. 2°. vel. 3°. aut certe sub millesi
mo rege q͂ȝ sub primo quando reges sunt Justi. ¶ Siqui dez
regnaret Rex perpetuo ex contractu vel federe obligatus
ad procurandum bonum et vtilitatem totius regni post
posita sua co ipso q̃ consensit electioni vel institutioni de se
facte vel succedit in regno et regnare vult seu assumit offi
cium regendi tacite etiam si nihil dicatur instar tuto
ris vel curatoris vel gestoris negociorum qui solum ex
acceptione officij obligantur quia quasi contra hunc licet
non interuenerit expressa voluntas vtriusq͂ȝ. nam licet
pupillus habens tutorem / aut furiosus h͂n͂s curatorem aut
is cuius ignoranter gerit quis negocium non expresse
contraxerint: tamen tutor curator et negociorum gestor
obligantur quasi contraxissent. Cum que insunt et si non dicatur
expresse: tamen apposita intelliguntur nec immutant vel
addunt. C. de fide Juss. et de monstra. l. conditiones extrinse
cus. ff. delega. 1. l. 3. ¶ Itaque reges obligati sunt regno
et rei publice. Nam minorum Jure vti solet res publica. l.
res publica. C. quibus ex causis. maiores. vbi ait glo. sicut
minores sunt sub curatoribus: sic respublica sub administra
toribus et. C. de [illegible] iure respu. l. rempublicam. et. C. de
offi. eius qui vicem al. l. 1. et hoc venit ex natura contractus
taciti per tacitam assertionem industrie suscipiens officium
pp. quam eligitur. C. mandati l. a procuratore. cum ibi notatis
et l. pro officio. et l. sequen. C. de administ. tute. et insti.
vbi supra. §. tutoris quoq͂ȝ. hinc est q̃ obligatur princeps ex
contractu inito cum subdito. vt in. 2. c. 1. de proba. et est
bonum argu. in c. nisi cum pridem. §. verum. cum ibi no.
per glo. et doc. extra. de renuncia. Et cardi. in consil. 142.
Et Feli in c. que in ecclesiarum. colu. 14. de constitu. ¶ Ex
quibus

ad quod rex tenetur

minoris iure vtitur res pu.

quibus apparet non sufficere solum consensus regis ad re
grandum vel velle regnare: sed necessarium est consesum
populi interuenire ad hoc q valeat contractus et per qns
Vt ex iure possit regnare. Contractus. n. diffinitur duo
rum vel plurium in idem consensus et ex vtraqz parte
obligatio. qsi vna pars de esset non erit contractus:
Sed violentus ingressus et tyrannus vt. 1. q. 1. c. princi
patus. Et. C. de sacro sanc. Eccle. l. decernimus. Vbi
bal. dicit q prouintie que consueuerunt regi per reges et prin
cipes suos: dicuntur esse sub eorum naturali dominio idest
de iure gentium vt. l. ex hoc iure. ff. de iusti et iur Et si aliqs
accipia ibi dominium contra voluntatem regis (adde tu
et populi iuxta probata supra. §. 16) Ille est tyranus quia
inquit vsurpata dominia dicuntur tyrannides. hec ille.
Vbi et dixit q inuadentibus castra pertinentia ad iustos dnos:
non possunt illa castra concedi per principem etc. vt supra
retulimus. ¶ Et sic patet vltima particula conclusionis. 2.
videlicet necessarium esse habito consensu voluntario pplorum
et regum suorum perquem dicta papalis de regibus nostris
promotio vel institutio sit eis grata et rata habito seu acceptata: tractatum fieri vel contractum inter populos et reges
illos et nuncios regum nostrorum: de modo regnandi: et
Conuentionem de obedientia et tributis exhibendis legibus et
Consuetudinibus rationabilibus eis obseruandis: quibus omnibus
Iuramento firmandis etc. Et sic clara relinquitur tota
ipsa conclusio cum omnibus partibus: que continet iuris
ordinem et circunstantias necessarias que seruari opz ad hoc
q vite ac recte reges nri castelle et legionis adipisci va
leant summum illius indiarum orbis principatum.
Quibus omissis nullo pacto erit possibile ingressum et progressum

baldi verba di
rissima et
notanda pro
nouo orbe.

ssum suum in regna illa neqz illorum possessionem iusti ficari ut probabitur.

§. 29.

9clusio 3a.

Incliti Reges nostri hyspaniarum qsz diu populi et habitatores illius orbis indiarum cum regibus et principibus suis non consenserint libere prefate institutioni de se facte per papam, eamqz ratam habeant et possessionem tradant: solum titulum idest causam acquirendi suppremi principatus orbis prefati et jus ad rem vel ad regna et superioritatem seu dominium universale eorum quod ex titulo oritur: non aut jus in re vel in regnis hnt. quadiu non est cosensus et regn et pplo rus reges nri innouo orbe no habet jus in re sz ad rem solum

Est. n. titulus omnis causa dominij acquirendi ut titulus pro emptore, pro donato pro herede pro suo etc. Secundum glo. in. c. fide, offi. archipresbi. et. c. cludum. El. 2. de elec. in verb. in titulatam.

Dicitur aut quis habere jus ad rem et non in re quotiens aliquod jus ei restat habendum vel obtinendum ad hoc qd sit ei ius quesitum illius rei, et sic jus ad rem est nondum esse jus quesitum pleno alicui: sicut in electo ad aliquod benefitium vel dignitatem. Nam per electionem acquiritur tantu jus ad rem non in re. Per confirmationem aut vel collationem acquiritur ius in re juxta ea que notantur in. c. penul. de preben. lib. et. 6. ~~super his de accusa. et in clemen. Unica~~ et in. c. fi. de concessio preben. eo lib. et. c. super his de acusa et in clemen. Unica de secrestra. posses. Sic est de regibus habet ius ad re sz no in re rex hispanie in no vo orbe.

nostris

nostris. habent .n. electionem siue institutionem pa
palem et sic titulum et jus ad regna illa quod regum nemo
christianorum de mundo habet. Sed adhuc restat illis
alind potentius et principalius jus obtinendum scilicet
consensus populorum et regum suorum vt ratam habeat
dictam papalem institutionem: recipiendo eos in vni
uersales dominos et principes supremos tradendo eis libere
regnorum illorum possessionem: quatenus jus acquirat
in re reges nri (idest) plenam consequantur potesta
tem exercendi iurisdictionem supremam et eaque sunt sup
premi principis et regie ac imperiali autoritate reseruata.
Vt ex dictis manifeste apparet ergo quandiu populi et ha
bitatores prefati cum regibus suis libere non consenserint
etc / Tantum habebunt reges nostri titulum et jus ad re
gna illa non aut in regnis illis (idest) nullam exercendi
Iurisdictionem aut gerendi se pro supremis principibus habent
facultatem. ¶ Probatur gra .1°. quia totius facultatis aut potes
tatis et Iurisdictionis exercende atque adipiscendi principatus
eiusdem. deest regibus nostris naturale fundamentum et efficiens
causa scilicet consensus populorum et regum suorum. Dicit .n. bal
dus in .c. quia propter .3. colu. de elec. quod consensus requiritur tanquam
naturale fundamentum scilicet ad hoc quod quis in dignitatem
siue magistratum rite et recte ingrediatur. Et debet esse sim
plex idest sine plica vis vel metus adeo quod si violentia coartet
electores vel electo clamor furibundi populi electio dicitur ipso
iure nulla: quia non dicitur liberum quod quoquomodo est
coartatum. ff. de condi. et de monstra. l. titio centum. §. 1.
argu. ff. qui et quibus. l. si optio. ¶ Dicit et ibi causam effi
cientem electionis esse consensum actiue in eligente / passiue
in electo. vbi ergo deest consensus eligentium: deest naturale
fundamen

---

restat regibus hispanie ad legitimum dominium in nouo orbe vt sit consensus populorum regum et populorum alias caret iurisdictione

requiritur electio sine violentia et sine metu furibunda alias non est rata

fundamentum et causa integra efficiens. Ideo talis in dignitatem, siue magistratum nec rite nec recte pot ingredi nec illum possidere. Sic de catholicis regibus nostris quia donec populi prefati et reges eorum consensum sineplica vi aut metu prestiterint: rite aut recte ius in regnis illis idest exercitium regie potestatis (nisi ius ad rem et solum titulum) non habebut. ¶ Quod aut consensus predictus sit sus potentius et principalius (inquam) respectu scilit institutionis papalis inquantum huiusmodi probatur. quoniam si populi illi cum regibus suis/regibus nostris vel cuicunque alio christiano principi ante dictam institutionem se voluntarie subiecisset prout de iure gentium et nali poterat cum sint libere populi et. §. tactum est. l. ex hoc iur. ff. de iusti. et iur. et ibi omnes et bal. in. c. de quo vult deo. extra. de iudi. manifestum est q summus pontifex talez subiectionem non impediret. Probatur hoc. 1°. quia tunc cessaret causa finalis exercendi temporalem iurisdictionem in illos. Est. n. finalis causa propter quam christi vicarius se pot intromittere de rebus temporalibus maxime circa illas nationes: fidei predicatio et illarum conuersio ad quod cuncta que agenda sunt in huiusmodi negocijs ordinari et inferri debent vt in. 3ª. consideratione. §. 7. probatum reliquimus. Et hoc presupposito q ita aque bene cum alio principe christiano prouisum esset populis ipsis circa suam conuersionem ad fidem: secus aut si non esset eque bene prouisum. Quod dato bene poterat summus potifex subiectionem illam impedire ratione existentie causa argu. optimum. C. venerabilem. cum notatis extra de electio. ¶ 2°. pbr quia vbi aliqui disponit de iure suo extranei consensus requirendus non est vt in §. moribus si de feu fue. contro in. do. et agna. vas quod verum est secundum bal. ibi si disponat de iure suo vel in tpg quo liberum erat secus si in alterius preiudicium. vt. ff. de aqua pluuij arcen. l. in concedendo et. l. in diem et. l. recep. ff. communia predi. l. si per fundum. ff. de serui rustic. predi. et C. de contrahe. emp.

[Margin notes:]
cōsēsus pplorū ē ius potētius et principalius res pectu institutionis papalis.

sola cā fidei est qua se pōt papa intromittere in nouo orbe

emp. l. dudum. ¶ Sedisti populi secuti cumque christiano prin cipe subiciendo: disposuissent de iure suo et per consequens absque alicuius preiudicio ergo summus pontifex eiusmodi sub iectionem non impedisset. Cessante ergo causa exercendi talem iurisdictionem cessare debuit iurisdictio ipsa. Patet consequentia: quia quando causa requiritur tamquam fundamentum iuris dictionis: oportet causam messe et veram et discussam esse: alias iudicium est nullum ipso iure vt. §. 9. dirimus. Dempto. n. fundamento veritatis et per consequens potestatis. Edificium quod constat precipue ex hoc lapide fundamenti vertitur in ruinam. No per bal. super rubrica. C. siquis aliquem testa prohibue. s. colu. facit c. cessante de appel. ¶ Cum igitur absque scientia et licentia pape ante preme moratam institutionem de regibus nostris in vniuersales prin cipes illius orbis: licitum fuerit populis illis cum suis prin cipibus secui voluissent christianorum principum subijcere. Vnde dicta papalis institutio per se solam non sufficeret sine consensu illorum vt probatum est: ergo ad adi piscendum rite ac recte plenum dominium et iurisdi ctionem super illos potentius et principalius ius est eorum consen sus ergo habentes reges nostri solam papalem institutionem: et carentes consensu et voluntaria eiusdem institutionis accep tatione illorum populorum: deest sibi ius quod est principalius consequentia. P. patet: quia quando aliqua duo sic se habent ad aliquem actum explicandum quod vno existente sine alio: ille actus ex plicari potest et non econuerso: Illud est potentius et principa lius. Vel sic secundum philosophum. 3. topicorum. Vbi contigit vnum sine altero esse: Illud simpliciter est principalius Imo et melius vt sic. Patet hec regula. In aucte regali que potest esse sine au

existente papali institutio deffici ente vo consensu populorum deffi cit princi palis.

toritate

toritate proconsulis: est principalior illaque non potest stare sine regali. c. Que contra. 8. dist et .11. q.3.c. Julianus. ¶ 5. probatur quod sit potentius et principalius consensus populorum et regum ipsorum quam papalis institutio de regibus nostris in quantum huiusmodi. Et hoc per textum satis congruum in .l. et si non sint. §. veniamus. ff. de auro argentoque lega ubi dicit tex. quod semper cum quaerimus quid cui cedat illud expectamus quod cuius rei ori unde causa adhibetur: ut acceptio cedat principali. ubi in fine subdit: quoniam hec spectamus que res cuius rei oriunde causa fit adhibita: non que sit precioris hec ibi. ¶ Vero cum conversio illarum gentium et populorum et utilitas etiam eorum temporalis fuerint causa finalis ut oriretur institutio vel promotio aut donatio sive concessio vel quocunque alio nomine censeatur ut in §. 7. probatum est: et sine consensu eorundem jus in regnis illis id est ~~et sine consensu exe~~ exercitum regie potestatis non requiratur ut ex prelibatis apparet ergo consensus illorum est jus et causa efficiens principatus regum nostrorum principalius seu principalior. Et cum tale ius usque modo prefate institutioni defuerit papali quod solum titulum et Jus ad illa regna: non autem in regnis illis idest nullam exercendi jurisdictionem aut gerendi se pro principibus summis illius orbis hactenus reges nostri habuerunt Juridicam autoritatem vel potestatem. Nec de inceps habere poterunt: quamdiu populi et habitatores cum regibus suis prefati orbis consensum liberum non prestabunt. ¶ 8. principaliter probatur conclusio. per exemplum Saulis et Davidis primorum regum regni Israel quiratione naturali et motu ac inspiratione divina tunc in operibus et actibus suis dirigebantur: et tamen non sunt ausi quamdiu populi consensum non habuerunt licet habuissent institutionem seu

nõ habet jus exercedi juris dictionem neque habebit quousque populi et reges prestent liberum consensum

electionem

electionem Dei: et certi essent instituti adeo et electi ppli illius reges, se intromittere de exercenda iurisdictione in pplo illo aut se gerere pro regibus intelligentes se tantum modo ius habere ad regnum: non aut̃ ius in regno vt supra. §. 18 ea. §. 19. euidenter monstratum est. Patet igitur 3ª conclusio scilicet qm̃ inclitti et catholici reges nostri qz diu populi illius orbis indiarum cum regibus suis non consenserint libere prefate institutioni papali de eis facte eamqz ratam habuerint et possessionem eis tradant: tantum modo titulum id est causam acquirendi suppremi principatus prefati orbis et ius ad regna et superioritatem seu dominium vniuersale eorum quod ex titulo oritur: non aut̃ ius in eis sint.

Donec dũ sit cõsensus pplorum et regum rex hispanie solum habet titulum acquirendi s; nullum habet ius acquisitum

§. 30.

Reges nostri catholici hyspaniarum principatum summum orbis illius indiarum dominium et iurisdictionem suppremam et omnia illaque ad summos principes de iure spectant: habent in habitu licet non plene in habitu purificato.

Probatur corrolarium quoniam habere dominium aut iurisdictionem siue potestatem in habitu quis dr̃ qn̄ aliqd sibi deesse noscitur per cuius carentiam ab actuali potestatis, dominij vel iurisdictionis exercitio prepeditur. Quod multipliciter pot̃ contingere. Aut in delegato cum per generalem clausulam positam in rescripto sine expressione rerum et personarum iurisdictio in habitu et non in actu committitur. Post expressionem vero

persona

personarum et rerum hs eo i actu. vt in c. pastoralis. §. qm aut de rescrip. ¶ Aut in quolibet electo ante confirmationem. Nam per electionem confertur electo titulus prelature et habitus potestatis ad ministrandum per confirmationem aut solum exercitium confertur. Cap. Quanto et que ibi notantur. 63. dist. Notat et glosa fi. et per docto. in c. si per confirmationem de elec. libro. 6. ¶ Item prelatus ecclesie collegiate non habet et presenti collegium. habet. n. habitu et potentia iurisdictionem. q si hodie aliqui assumerentur ad collegium: q primus prelatus posset eam exercere: quam prius non habebat in actu eo q deerat sibi subiectum circa quod exerceretur Iurisdictio. ¶ Et similiter patet in presbytero parochiali parochiam habente distinctam in qua habitat nemo. habet namq talis rector curam in habitu et non in actu de quibus vide quod no. Panor. in d. §. qm aut et in c. de multa de prebend. que metiam videas in clemen. 1. de priuil. ¶ Claret et per Iurisdictionem in potestate vel iudice antequam intret territorium sibi deputatum vt in l. obseruare ff. de offi. procons. Unde iurisdictio in habitu est per potentiam in actu per exercitium vt no. bal. de allodijs libro feudo. et C. de summa trinita l. 1. 2. colu. in fi. baldus et ff. de offi. prefe vrb. l. 1. §. 1. et per Bartho ff. de iur. om. iudi. ¶ Habere autem quemque iurisdictionem non plene in habitu dicitur quando cunque alicui non competit pure in habitu de presenti: Sed venit purificanda ex actu de futuro: quemadmodum videre est in archiepiscopo cui Iurisdictio nondum etiam in habitu competit ante inter positam appellationem. Unde non pot archiepus deputare officialem in decissione sui

per electionem hs quis ius in habitu sed p confirmationem in habitu

panor.

sui suffraganei super appellationibus interponendis ad eum. cuius ratio est quia ante appellationem interiecta adhuc non habet iurisdictionem et in habitu: sed postquam appellatum fuerit. Tunc illico purificatur et presenti et Competit ei iurisdictio plene in habitu vt est tex. notabi in. c. Romana de offi. ordi. lib. 6. et. c. Romana de appell. eo libro cum vtrobique no. per hoc. et vtraque iurisdictio in habitu modis predictis: sic se habet circa exercitium et Commissionem. Nam prima que pure competit alicui in habitu de presenti hnis eam pot committere quantum scilicet ad id quod habet idest habitum iurisdictionis: vt quia potestas potest existens extra territorium sue iurisdictionis causam delegare subdito existenti in territorio vt in. l. obseruare. ff. de offi. pconsul. et no. per glo et docto in. c. nouit de offi. lega exercitium vero actus iurisdictionalis: nec exercere valet nec committere vt in. d. l. obseruare et. §. qm aut et ibi glo. et doc. et glo. fi. in. c. si in. c. exteriore et glo. in. c. exsuscepto de for. compe. et Joannes monachus in. c. si confirmationem. de elec. lib. 6. et in. d. Romana de offi. ordina. d. c. Romana. §. 1. de offi. ordi. lib. 6. ¶ Secunda vero competens alicui non pure in habitu de presenti Sed ex actu futuro purificanda committi seu subdelegari no potest vt in. d. c. romana. et no. Panor. in. d. §. qm aut. et Anto. de but. in. d. §. qm aut et pulchre per domi de rota. in decisio. 846. et deci. 156. in antiquis. et ratio est quia quod non est committi non pot vt. 1. q. 7. c. Daibertus. et. d. qm et de eo quod est judicium accipi non potest. ff. de judi. l. non pot. et de rescrip. c. ad hec. Et quod per me non possum. nec per alios valeo exercere. de regu. iur. quod alicui libro. 6. ff. de ad mi. rerum deciui. perti. l. 2. Pot tamen exercere actum aliquem circa iurisdictionis preparatoria vt no. in. d.

obs

obseruare. et in. d. c. Romana. et per glo et. panor. in. d. §. qm̄ au[ctori]tez et in. d. c. Nouit et in alijs locis. ¶ Et talis est iurisdi[c]ctio quam summus pontifex christi vicarius q3 tum ad infide[les] les qui nondum fidem susceperunt habet. Cui ad hoc ꝙ plene illam habeat in habitu: oportet ꝙ per sus ceptionem fidei aut per aliquam offensam quam ecclesie fa ciant et sic ex actu futuro purificatur. Manifestum enim est ꝙ summus pontifex de temporalibus non se intromittit nisi inter Xpianos et cum causa, et solum intra ecclesiam habet iurisdi ctionem plene in habitu: et sic proximiorem exercitio siue Vt reducatur ad actum. Quantum vero ad infideles quoniam conuersio eorum vel culpa specialis est futura que est actus quo Iurisdictio est purificanda idest perficionanda: ideo in presen tia donec fuerint christiani: est remotior ad esse in actu ac proinde non plene in habitu. ¶ Cum igitur diuinum potestas et Iurisdictio vniuersalis illius orbis non dependeat ex papali cō cessione seu institutione duntaxat (vt ex multis supra probatur apparet) sed principalius ex consensu libero et acceptatione Voluntaria gentium Illarum et principum ac populorum Simul: quem ~~tamen~~ consensum nondum reges nostri ha buerunt hac tenus (vt statim probabitur) atq3 proinde pu rificanda veniant ex actibus futuris (scilicet) conuersione et consensu illorum populorum cum regibus suis. Sequitur ꝙ dictum Dominium potestas iurisdictio illius summi principa tus competat regibus nr̄is in habitu tantum ex parte tituli prefate institutionis vel concessionis papalis. et sic. n. habitu nondum de presenti purificato sed purificando. Ideo solum modo possunt se occupare circa preparatoria cp̄stum scilicet ad hoc quod possit licite ire vel mittere nuncios et legatos suos et exercere omnes actus preparatorios qui circa incolas et

papa circa infideles hn̄t iurisdictionem solum in habitu post fidem susceptam habet in actu /.

quia diuinum in nouo orbe nō pendet solum ex papali institutione sed principalius ex consensu requiet populorum et vsq3 iste interueniat non est iurisdictio actu

et habitatores illarum regionum et terrarum a principio
agendi vel exercendi sunt. Illos videlicet quos in .2a. conclusione situ
avimus sub ordine iuris necessario seruandi atque seruandos.
Quod nulli alio christiano principi licitum est exercere pp
inhibitionem expressam et iustam summi vicarij christi
sub anathematis incursione gravissimo: imo nec ulla quacumque
de causa ad illas partes vel accedere vel mittere ut in decreto
aplico de hoc apparet. Unde apparet reges nostros nullam
causam in terris illis posse delegare cum desit eis subiectum
(idest) subditi circa quos potestatem habitualem exerceat:
nec habeant de iure subditum aliquem ibidem cui delegent
causam sicut in exemplo de archiepiscopo ante inter positum
apellationem. Et hoc quousque ditioni sue illi populi se sponte
propria submittant: ut satis per multa superius adducta
probatur ad que vide statim que dico infra. §.33. et sic
patet corrolarium.

reges nri nulla causa possint delegare in novo orbe

§. 31.

Conclusio. 4a.

Nullus Rex aut dominus siue populus nec etiam privatus
aliquis aut particularis persona totius illius indiarum
orbis: a primordio sue detectionis anno scilicet salutis Mille
ssimo ~~persona~~ quatercentessimo nonagessimo 3. usque in
hunc diem de mense Augusti trigessimum anno .1561. cog
novit nec acceptavit vere libere / rite sine iuridice nec
recte inclitos reges nostros hyspaniarum in dominos vel
superiores: nec nuncios / duces capitaneos siue magistratus
ab eis missos regum nomine: sed obedientia quam usque modo

nunquam est acceptatus rex nr ab incolis novi orbis

prestarunt

prestarunt et modo prestant est et semper fuit violen ter extorta in voluntaria et ad eam vniuersis coactis: quoniam eis non suppetunt vires ad resistendum. Et hoc revera non culpa catholicorum regum nostrorum sed dumtaxat hyspanorum. Unde omnes ille gentes et populi liberi sicut ante predictam institutionem liberi erant semper de iure permanserunt. Excipitur vna prouintiola satis paruula vocabulo vere pacis de cuius historia inferius aliquid tangam.

obra, si q̃ duta est fuit violeter extorta.

culpa hyspanorum.

por/q aesta nunca fue spañol con mano armada/.

¶ Probatur conclusio questionum ad primam sui partem. Primo hac ratione. Ad hoc quod rite idest seruato iuris ordine et recte idest debitis circunstantijs seruatis: reciperent Reges nostros vel cognoscerent in vniuersales principes et superiores et Dominos vnum de duobus vel potius vtrumque necessario requirebatur. Primum quod obstenderetur eis vel probaretur ipsos aliquo iure teneri admittere reges nostros in vniuersales principes et dominos. ¶ Secundum quod ab hispanis aliquibus donis/ bonis exemplis et dulci conuersatione inducti et prouacati: propria sponte absque alia reddita ratione vel ostenso de iure: reciperent illos.

Non quidem primum: quia nunquam ostenderunt aliquod ius quo patenter conuincerentur ad hoc quod essent obligati recipere aliquem extraneum principem in superiorem.

Nisi quod dicebant et asserebant nostrates esse Deum verum in celis qui instituerat in terra quendam hominem loco sui papam nomine: quippe qui concesserat regna illa vniuersa hyspaniarum regibus. Tu lector Iudica si ex dicta notificatione seu probatione tenerentur statim vel cum mora quacumque reges nostros in vniuersales Dominos admittere aut ludibrio potius vel risu illa ducerent: aut certe iracundia et odio implacabili huiusmodi legatio vt prosequerentur esse digna. ¶ notabis etiam

la not.a /q daván los n̄ros al principio

etiam quale principium seminande per orbem illum noti
tie veri Dei et christi euangelij notificandi per pacificam et
amorosam predicationem illi legati fidei sumpserunt. Quan[illegible]
vero nec ipsa verba penitus usq3 ad unum intelligebant tum
idiomate Hispanico prolata essent. Adde q[illegible] vt in pluri

explorat[iss]imum hoc est

mum nostrates non á verbis sed a verberibus legationem
suam incipiebant. Et revera satis stultum est putare gētes

nā cū armati essēt oēs tāquā lupi voraces q[illegible] fuurēt oves.

illas credere debere aut fidem habere et si verba intelligere
tam duris verbis, scandalosis, et turbatiuis hominum quos
armatos armis horribilibus et gestu terribiles videbant: quos
etiam experientia didicerant vel in se vel in vicinos fore impios
crudeles, immanes et omni genere viciorum plenos et omni re
pletos iniquitate et iniustitia. Et licet vellent hispani pacifice
Illud probare per jus aliquod: non tamen invenirent. Quia nec
per Jus nāle idest gentium nec per diuinum pot[est] eis ostendi
fore obligatos ad id faciendum. Sed potius omnia iura patro
cinantur et saluant istos et condemnant Illos. ¶ De naturali

nō potuit p[ro]bā iure nāli teneri eos sub dere se regib[us] hispanie.

iure patet: quia prouintie que consueuerunt regi per reges et prin
cipes suos vt illi populi sunt et reguntur: dicunt[ur] sub eorum nāli
Dominio idest de iure gentium. l. ex hoc jure. ff. de justi. et
Jur. vt supra. §. 6. satis probatum apparuit. Unde potius
gentes et populi illi possunt probare autoritate Juris nālis
et gentium: esse tyranos hyspanos qui contra Jus nāle regna
sua inuaserunt: de quo nulli dubium qui sani capitis

tyrani probati sūt hispani in nouo orbe ex operibus

fuerit tyranos nos in terris illis fuisse et hodie esse: cum
spoliauerimus reges naturales sub quorum naturali do
minio vniuersi erant: et vniuersos incolas sua natura
li libertate nulla alia de causa nisi quia fortiores immo in
feliciores illis fuerimus et propterea nunc sumus possessores
in ~~iusti~~ iusti et multum violenti. ¶ Nec etiam probari
eis poterit per Jus diuinum. Quin ipsi possunt in defensio
nem

neq[ue] iure diuino potuit p[ro]bari eos subiciendos regibus hyspanie

rem iuris sui: allegare contra nos et nostram prauam regnorum alienorum inuasionem et detentionem ipsum met ius diuinum. Ius namque diuinum legis noue sicut non reperitur iuri naturali vel gentium derogasse, sed potius illa stabilisse secundum illud. Mathe. 5. non venit soluere legem sed adimplere: ita non statuit de novo pp[illegible] illos fore alicui extraneo principi subditos prioribus et [illegible] sine culpa dimissis. Ymmo in suis dominiis iurisdictionibus statibus, et dignitatibus fuerunt eo iure confirmati et stabiliti ut §. 6. probatum fuit latissime in. 1ª. [illegible] consideratione. Sed spectas ut presumo quid de iure humano dicam. Nam nihil ad rem de iure ciuili cum eos non liget. ligat. n. illos qui eiusdem ciuitatis vel regni ubi statutum fuit consistunt ut c. de emancipa l. 1. Sed restat dicendum de canonico et ecclesiastico Iure. Namque nihil ad nos de his qui foris sunt iudicare. 1. ad Corinth. 5. Vn. canonicis constitutionibus non arctantur. c. gaudemus de diuor. Sed an summus christi vicarius qui est super omnia iura potuit reges illarum gentium suis regnis dignitatibus et iurisdictionibus dominiisque sine causa priuare (certe salua eius reuerentia obedientia et ultima diffinitione) nec facit nec unque fecit, nec faciet nisi clara et manifesta et urgentissima et necessaria causa que hic nulla subest prout supra. §. 8. in. 4ª. consideratione latissima disputatione determinatum habuisti. Cum igitur nullo iure fuerit hactenus probatum nec ostensum regibus vel populis indiarum: nec possemus etiam si vellemus et totis viribus niteremur probare: quod ad recognoscendum reges nostros in principes universales forent obligati: sed verbis friuolis et risu dignis: quin scandalosissimis et ad commouendum exasperandum et concitandum eorum animos: ad iram et odium implacabile aduersus legionem christianam et totum illum orbem confusione inaudita turbandum efficacibus (silicet) quod regna illa erant ad gentem nostram sibi prima facie aspectu horri

neque iure humano canonico.

papam non priuauit suis dominiis neque unque fecit neque faciet sine causa nec quod nulla fuit

horribilem & procacem translata extorquere ab eis obedientiam non omissis comminationibus terribilibus curabant ergo per hanc rationem scilicet: q regibus vel incolis seu habitatoribus illius orbis probatum fuerit esse ad recognoscendum reges nostros in Dominos vniuersales obligatos: non pot intelligi q aliquis illorum vel Rex vel populi voluntarie receperit vel cognouerit eosdem reges hyspaniarum in superiores aut obtam eis vel alicui suorum hinc illuc missorum prestaret sed potius contrarium ergo reges et populi ceterique vniuersi habitatores indiarum remanet de iure in illo statu libertatis et iuris sui integraliter quo ante institutione regum nostrorum in supremos principes per papam: non obstante.

C Secundum quod requirebatur ad hoc q rite ac recte gentes indiarum recognoscerent Reges nostros in dominos et principes vls erat: quatenus propria sponte consensuque libero reddita ratione vel ostenso de iure sed persuasi rationibus bonis aut muneribus inducti susciperent. sed nec per istud probabitur eos recepisse aut dictam institutionem papalem habuisse ratam. Cuius ratio e quoniam hyspani semper inceperunt legationes suam (vt tactum fuit) a repentina improba et inopinata violentia et inuasione. Namque in & a principio detectionis illius orbis et cuiuslibet illius partis: nunq regna et terras illas ingressi sunt nisi vt hostes hostiliter inuadentes et occupantes terminos terrarum et regnorum eiusmodi gentium: occidentes, trucidantes, captiuantes, depredantes devastantes vniuersa: cedibus incedijs rapinis qualibus nunq ante visis nec auditis in vniuerso terrarum orbe: nulli parcendo sexui nulli etati, nulli dignitati statui vel etiam ordini. Et post maximas et crudelissimas cedes quarum plures et plurimas de industria et consulto patrabant. immaniter et immitterent timorem suum in corda incolarum (preter hoc q suapte na eiusmodi gentes mirum in modum meticulosi sunt vt pote nudi et inermes atque inexpertes terribilis furoris et terroris armorum et equorum nostratum) ne scilicet vlterius vel cogitare quidem

Voluerunt hispani timores incutere habitatoribus noui orbis.

dem seu aspirare ad cogitandum de miserabili et infelici statu suo et de sua liberatione aliquando liceret. Addixerunt insuper eorum qui quoquomodo crudelem gladium eorum euaserat innumeros magnos et paruulos reges et regniculas domi nos et subditos horribili, teterrime perpetueqꝫ seruituti qua non licebat nec oculos ad celum leuare. En quod principi um tenuerunt nostrates. Ecce qualis ingressus eorum fuit dum ad illas indianas regiones applicarunt. Sic inceperut, sic mediarunt et sic vsqꝫ hodiernum diem per eos impie patrata continuauerunt. Et in statu isto semper fuerunt et modo sunt vniuerse gentes eiusmodi: neqꝫ per vnam dieꝫ cessauit exactor immo crudelis mactator, sanguinis humani prodigus effusor: nec quieuit tributum dormiuit impiorum baculus: nec ablata est virga iniuste dominantium cedens po pulos, imo extirpans et delens populos plaga insanabili: subij ciens in furore gentes persequens crudeliter vt Isaie. 14. pre nunciatum est. Que quidem ad literam et reuera peiora et in maniora perpessi sunt et continue incessanterqꝫ nunc in pluri bus indiarum locis á nobis quippe qui nos nunqꝫ offenderant nec leserant illi plangendi populi perpetiantur vt iam diffusum ē factus hoc egregium et nunqꝫ auditum per vniuersum orbeꝫ. Vnde ꝑꝑ eiusmodi nostratum scelera, insultus crudeles vio lentias et iniquitates quibus semper implicati fuerunt: non curarunt adimplere quod potissimum á regibus nostris por tabant in mandatis (videlicet) qꝫ dulciter, pacifice, amicabi liter, operibusqꝫ bonis humili, et mansueta gratiosaqꝫ conuer satione nationes illas ad christianam religionem ac regum nostrorum deuotionem et amorem inducerent et attraherent, prohibentes bella oppressiones, iniustitias ceteraqꝫ grauamina eis fienda et ꝑpterea incole nihil de huiusmodi audientes sed crudeles hyspanorum gladios in proprijs corporibus sentientes: satis eis cura erat circa defensionem suam occupari que principaliter in fugam capiendo versus montana et latibula versabatur ergo non recognouerunt nec recognoscunt hodie voluntarie reges nros

in

Esay. 14.

mandatum regis vt pacifice intrarēt et allo querentur.

omnia mala scelera etc. que in novo mundo putant fuisse de voto regis hispanie

in dominos aut superiores: sed potius in hostes et totius generis humani immanes deletores seu extirpatores. Patet igitur: quia gesta per nostrates nuncios regum nostrorum in illos (que opera regis iusti aut legitimi non sunt: sed in tyranni et hominis diabolici: vel potius belluarum irrationabilium Imo demoniorum) putant et merito quidem fieri de regum nostrorum consensu, mandato et voluntate: cum tamen revera reges nostri talia nec mandare nec permittere unquam cogitarunt

Reges catholici semper prohibuerunt mala fieri in novo orbe ipsis incolis.

Sed obnixe semper quam plurimis literis regijs & mandatis de quarum aliquibus testes occulares sumus prohibuerunt ergo qualiter potuerunt gentes ille in tali stimatione posite voluntarie dict. institutioni papali consentire. aut reges nostros in summos dominos acceptare, sic tam immaniter grassantibus tyrannis. Ecce obsequium magnum (de quo ipsi passim multum gloriant) quod regibus suis hispaniarum obtulerunt (scilicet) diffamare eos nepharie apud universas illas nationes: que procul dubio (ut dixi) patrari omnia mala illa de consensu et imperio regum hyspaniarum arbitrantur. Et quod lamentabilius est: fetere fecerunt nomen salvatoris nostri per omnes illas tam vasti orbis partes:

Dolendum propter hispanos blasphematur nomen dei apud indos.

nec non materiam semper prebuerunt ut odio perpetuo habeant fidem catholicam et blasphement ac perhorrescant religionem christianam.

§ 32.

¶ Nec valet dici quemadmodum tyranni mendaciter fingunt quod in aliquibus eiusdem orbis locis ut in civitate Mexicana propria sponte consenserunt in reges nostros transferentes omne dominium iurisdictionem et potestatem in ipsos abdicantes a se omne ius quod ad se pertinebat sed in hoc sicut in aliis plurimis plane mentiuntur tyranni in caput suum: palliare seu excusare aut saltem attenuare sattagentes suas nepharias

iniustitias

in Justitias & violentias crudeles apud regem nostrum se gloriātes
simul et regi blandientes ~~tanq̄z~~ illi qui obsequium seu servi
tium magnum ut supra diximus suis laboribus et fortitudine
(ut ipsi Jactitant) magna regna ei tribuissent: et ideo pre
mium seu mercedem meruisse plusq̄z eternam. Cum nimirū
pp̄ sua facinorosa scelera innumera et crudelia cum ipsa corpora
li morte subire supplicia eterna meruerint. Quod aūt veruz
non dicant per multis poterit persuaderi rationibus. Et pri
mo: quia nemo presumitur libenter aut inaniter Jactare suuz
ēt si sit unum obulum ut. ff. de proba. l. cum de indebito. Quo
precor pacto putandus est ille magnus Motenzuma libenter vellet
transferre in manus hostium nomine hyspaniarum regis
quem non noverat: sed reputabat sibi potius debere subiici
et servire, tam grandem principatum: tam ampla et locuple
tissima regna: tam insignem magnamq̄z urbem in qua tanq̄z
numen quoddam colebatur. ¶ 2º. qualiter potuit libenter tot
tantorum q̄z regnorum Jura et tam amplas divitias et gloriaz
cecisse regibus hispaniarum vel potius primo tyrano: qui re
gionem illam primo invaserat et Mexicanam urbem in veste
ovium idest humiliter et pacifice Jn dolo tamen intravit: et
ipsa met die qua ingressus est urbem conjecit ipsum regem
magnum Motencumam in vinculis usus quadam diabolica
et calida fraude. Nunquid etiam de jure nr̄o valet ali
quid factum vel donatio aut contractus Jnitus cum his q̄ sunt
capti ab hostibus vel alias sine absq̄z libertate. Et maxime
si alia pars est opprimens et violentiam inferens. Textus
est in. l. qui in carcere. ff. quod metus causa. de quo Jnnocen.
et docto. in. c. cum locum. desponsa. et late per Alexan. in. l.
qui a latronibus. detesta. per angel. in. l. si mulier. ff. quod me
cau. ¶ 3º. notam cito potuit Rex Motencuma intelligere
nostrum idioma q̄ in tam paucis diebus q̄bus super vixit a
sua captione vel incarceratione intellexerit stipulationez
prefati primi predonis qua petebatur regni renuntiatio se totius
regalis

in vinculis positus Motecuma.

regalis status cessio. Num nisi contrahentes intelligant se adinuicem possunt esse validi de jure contractus. Vel si errore aliquo decipiantur. Cum non videantur consentire qui errat vt. ff. de regul. Jure. l. nihil consensui. l. si per er rorem. ff. de iuri. om. iudi. vbi dicitur nihil tam contra rium est consensui q error: qui imperitiam detegit. Nec inter errores iuris vel facti est distinguendum vt glo. dicit ibi vt in. l. 2. ff. de iudi maxime in danda vel transferenda iurisdictione vt ibi et. C. locati. l. ad probationem. Et quedam sunt negocia que exigunt expressam et liberam voluntatem vt in casu isto. l. in negocijs. ff. de reg. iur. et ibi glo et ff. de procura. l. filius. §. inuitus. et ff. de serui. vrba. predio. l. inuitum. ¶ 4. Nonne cum prefatus Rex audiuit aduen tum hyspanorum et q applicuerant ad portum oppidi magni Cempualensium intelligens q prese ferebant aurum maxi me colere: misit ad tyrannum figuram solis ex purissimo auro et imaginem lune de argento: hoc est duas rotas au ream et argenteam similes in quantitate rote currus magni

motecuma dio grādes dones al marqs paqlos tomasse y se fue se de nueuaes paña.

et alia per multa dona preciosa suadens illi per suos nuncios vt his et his acceptis in patriam cum socijs quam primum reuer teretur. Quod proculdubio quadam vice dum simul essemus ille hominum oppressor et nos in eadem in ciuitate Mexicon familiari conuersatione colloquendo (eramus. n. quodam amici) incidit sermo inter loquendo de illa sua inuasione ac tyrannico in regna illa ingressu. Affirmat namq ille Regem Motecu ma totum regnum cecisse illi nomine regis hispaniarum.

no pot ɋbari cōsēsus motecume

Et mihi neganti illud atq asserenti metu ac terrore equorum machinarum et tzariarum factum fuisse (si tamen factu fuit quod minime credo) nec non et querenti cuidam qui nobiscum tunc erat: Num Rex ille Motoçuma misit ad te nuncio cum donis rogans vt exires tu et socij tui regnum suum. Respondit ridens cum cachinnis: hoc certe plusq triginta vicibus. Ecce qualiter ex ore proprio suo palam cum

esse

esse mendacem conuici. ¶ 5°. nonne fuit sufficiens causa prefato regi Motençume timendi et metu quidem cadenti inconstantissimum virum: quiquidem audierat ex pluri mum certissimam barbatam crudelem sedentem super quedam grandia et velocissima animalia id est equos qui videntur equus equesque vnum animal esse inauditum: cum terribili belli aparatu videlicet machinamentis exuflanti bus per orassi tam vehementem ignis flamam cum impetu et sonitu terribilissimo quo vnico ictu triginta et quadraginta homines subito cadebant exanimes. Similiter ducentes gladios quibus semel eductis per medium diuidentes nuda et delicata corpora trucidabant. lanceas ferreas quoque (vt de sagitis arte quidem o dibili et alijs ferreis instrumentis et armis defensiuis et ofensiuis taceam) quibus eques vnus in spacio vnius ore tantum mille mortales lanceatos cadebant mortui. ¶ Sed quid precor seti re poterat Motencuma Rex in corde suo quando audiuit quod in op pido de Tauasco ad ripam fluminis quod hyspani appellarunt de Grisalua mox vt ex nauigijs in terram descenderunt ma gnam hominum multitudinem trucidarunt. Deinde quod in oppido magno de Cempual: post modum in prouintia po pulosissima Tlascala et alijs populis ad Iacentibus terribiles strages in paruulis et magnis faciebat. Postremo in illustri ci uitate Cholola vocata vbi erat precipuum sanctuarium totius magni illius regni que ab vrbe Mexicana viginti leucis distabat: infelix ille faciens in dolo et quedam calida simu latione congregare magnam vtriusque sexus multitudinem in quodam magno complunio inermes quidem omnes et nudos quasi vt mos est omnibus: velut alter Herodes Iussit suis satha nicis satellitibus: Innocentes plures quam quindecim millia virorum infantum puerorum / iuuenum / senum ac mulierum gladijs et lanceis crudeliter impieque necare. Quibus quidem auditis Moten cuma primo et visis in medio ipsius sue ciuitatis viginti duobus ma gnis regulis siue ciuitatis viginti duobus magnis regulis siue do minis combustis viuis Iussu tyrani: quod nephas ipse met tyranus ore

plusquam 15. mi lia occisi cum esset congrega ti pacifice.

22. reguli combusti viui a cortesio

ore proprio multum procaciter gloriandose retulit mihi fa
miliariter secum colloquenti: satis conijcere poßumus qualiter
irruerit super Regem Motençumam qui in vinculis erat et in
Vniuersum regnum eius terror illius satelliumque suorum:
& elanguerint omnes habitatores terre: aut si remansit
spus eis aliquis ad ingressum eorum. Sed si facta per me
tum maxime inconcedenda vel pro roganda iurisdictione
nihil valet de iure vt notum est apud iuristas et infra forsan
explicatius tractabitur. et in casu isto adfuit metus maximus
tyrani severi et cum maximo exercitu et terribili et nunquam
alias per has nationes imbecilles et meticulosas cogitato ergo
nihil valuit profecto quicquid Rex Motençuma fecit in
cessione imperij sui ad illum vel in illum tyranum: etiam
si vere fuisset qui talem cessionem fecisset prout fuit tyrann
ille vafer vt in. c. ad audientiam. et in. c. sacris de his qu
vi me. cau. fi. et in multis alijs iuribus. Nihil. n. consen
tam contrarium (qui bone fidei iustitia sustinet) quam vis au
metus que comprobare contra bonos mores est vt ff. de regu.
iur. l. nihil consensui et. l. 2. de iudi. Sic presumitur quis aliquid
inuitus dare quantumcumque sponte det per horrescens offi
iudicis vt in. l. 1. C. ne rusti. ad vllum obseq. lib. 10. et. C.
~~ne rusti~~ de salga. hospi. l. vnica lib. et. c. de
rapto virgi. l. vnica. et. ff. de libe. et post hu. l. 2. §.
Si quis violentiam. Quanto ergo magis Rex Motençuma
potuit merito per horrescere cum proceribus aut magnatib
suis et toto regno sibi subjecto tam feroces et diri hostes q
facillime ac pro nihilo ducebant vniuersos trucidare et cunc
vastare. Humani. n. moris est illum timeri cuius iudic
et voluntate nunc erigitur quis nunc deprimitur. 16. q. 2.
c. visis. hoc patet etiam per illa que Bartho. dicit in tract
de tyrano et §. 16. recitauimus (videlicet) quod si ciuitas ha
bens electionem rectoris et per tyranum compulsa elegerit
rectorem: non valet electio. Vnde sententie late ab
ill

Facta per metum in concedenda iurisdictione non valet

illo rectore erunt nulle. Proquo benefacit. l. 2. ff. de iudi. Vbi requiritur liber consensus in transferenda vel prorroganda iurisdictione. Ex quo etiam infertur secundum Panor. in c. licet de euitanda. de elec. Quod si tyranus iuit ad ciuitatem liberam cum exercitu magno et propter timorem exercitus ciuitas eligit tyranum in dominum transferendo in illum omnem iurisdictionem non valet quod tali timore agit et per consequens non valebunt gesta á tali tyrano. Facit optime quod no in l. decernimus. C. de sacro san. eccle. eadem verba que Bartho. ponit. Angel. de peru. in repe. l. ciuitas. ff. de reb. credi. pro vt supra jam diximus. ¶ Baldus quoque in l. nec si volens per illum tex. C. de liberali caus. Dicit quod si Rex francorum facit aliquam ciuitatem confiteri suam esse et sibi fidelitatem iurare cum sua non sit: quod talis confessio non valeat neque iuramentum. Idem in papa et imperatore. Quia redigitur ad instar tyrani. Vnde si ciuitas perusina non esset ecclesie Romane omnia instrumenta in contrarium facta essent cassa et irrita totaliter. Quod pro deo nota et tenementi perpetuo. hec baldus. Refert et tenet hec Gerardus in suis singulis singulare 38. ¶ 6. quo jure Motençuma potuit transferre in regem extraneum regnum et dominium absque libero consensu procerum regni quinimo regum et regulorum sibi subjectorum magnatum cum dominus vel rex non possit alienare siue submittere alieno regi vel domino subditos suos sine consensu: quem ad modum nec subditi de se determinare: aut alteri se subjicere in preiudicium regis vel domini illius consensu irrequisito. Nunquid esse substinendum quod rex castelle alienaret vel subjiceret regna hispaniarum ditioni regis francorum contra regni consensum vel absque regni voluntate. Vel econtrario regnum vel regna ipsa sine consensu regis nostri se tradere. Nam jus domini vel regis seu principis et jus subditorum seu totius comunicatis in omnibus fere ad paria judicatur. Et hec doctrina datur per textum clarum in c. 1. §. ex eadem. de le contradi secundum Jacob de aluaro. et alios in c. 1°. de forma fidelitatis. 22. q. 5. vbi

habetur

liber consensus requisitus in transferenda jurisdictione

nota da est.

motecuma etsi liber non posset trasferre in alium regnum sine consensu regulorum et procerum sui regni

habetur q̄ eadem fide tenetur et obligatus est dominus subdi-
to vel vasallo suo qua et vasallus domino etc̄ /. Sed de his alias
plenius. Cum igitur vera et verissima sint hec omnia et
toti iam mundo compertissima: patet falsissimum
esse motençumam cesisse iuri regio quod jure gentiu̅
ad se pertinebat et actu possidebat pacifice: nec etiam si
velle potuisse de jure: quod si fecit valuit nihil actus
quicunq̄ si super hoc intervenisset rationibus et iuribus
predictis. Quamq̄ ille primus predo et invasor regni regno-
rumq̄ magni regis Motençuma gloriandose apud regem
nostrum q̄ voluntarie in manibus suis regna illa in reges
hyspaniarum Motençuma transtulerit astruxisset. Et
sic aparet / q̄ nec rex et monarcha regnorum que nunc
vocamus novam hyspaniam nec regulus aliquis aut
populus de suo regno unq̄ consenserunt dicte institutio-
ni papali nec receperunt reges nostros hyspaniarum in
superiores aut principes supremos: nec aliquis alius rex
vel populus in universo illo indiarum orbe maxime terra
et acerrima tyrannide (que statim post nequissima bella orta
est et incepit (scilicet) divissio numeralis seu subjectio qua
populi et gentes ille tradite sunt tortoribus idest servituti
singulorum hyspaniarum quam vocant repartimiento
vel comenda: sub qua innumeri in utroq̄ hominum hacte-
nus perierunt et modo pereunt) seviente absq̄ inter
pollatione inferi et actu permanente. Siquidem una eademq̄
de omnibus regibus et populis totius illius orbis est ratio ergo
nullus illorum recognovit nec hodie recognoscit rite ac recte
reges nostros in dominos et universales principes: sed obe-
dientiam quam usq̄ modo prestiterunt et prestant nunc semper
fuit et est extorta / violenta et tyrannica: eo q̄ nunq̄ potuerunt
hostibus suis hyspanis resistere quieos prostraverunt et usq̄

ad ima

Motecuma no̅ cessit et si cede-ret esset nullius momenti cessio.

nunq̄ fuit liber consensus et sufficiens et necessarius metu extortus

adima seu profundum miseriarum deduxerunt diminue
runt annihilauerunt. Et ideo liberi iure licet non de facto
damnato sicut ante papalem institutionem liberi erant
permanserunt. Et sic patet glosis pars prima. ¶ 2a.
Vero scilicet quod non culpa regum nostrorum sed hispanorum
non fuerunt reges nostri recepti nec cogniti in superiores
ab eiusmodi regibus et populis qui precepta regum nostrorum
sicut nec dei seruauerunt vt precedenti. §. diximus
sed semper contrarium fecerunt vastando cuncta vt
ingluuiem qua de rapiendo auro ardebant implerent.
Porro si pacificum haberent ingressum si dulciter atque ami
cabiliter nec non miti et familiaritate Xpiana cum
gentibus illis conuersarentur: facilime factu esse quod regem hys
paniarum in vniuersalem principem super se admitterent.
¶ 3a. pars demum nostre glosis que quandam excepit pro
vintiolam vocatam vere pacis etc. Eo .n. eam excepimus
quod nos cum socijs nostris fratribus ordinis predicatorum p.
viam pacificam et christianam (deo iuuante) ad fidem et gre
mium sancte Romane eclesie non sine magnis periculis
vite nostre adduximus adeo fuerant bellis iniustis rapinis
stragibus oppressionibus incole illius prouintiole ab hispanis
grauate irritate ac exasperate. Quam tamen vt potuimus
persuasimus: vt reciperent ac recognoscerent Regem
nostrum in regem et principem summum voluntarie nu
lla ex parte nostra adhibita violentia absit. Et licet ipse ex e
riori apparentia viderentur obiam promittere: quia tamen
videbant et vident quotidie prouintias sibi propinquas
et conuicinas omnes actu tributis et exactionibus vexari
et iacere sub eadem funesta tyrannide: nimirum quod ex mera
voluntate consensum prestarent valde dubitamus. Et idem
dicimus

[Margin: prouintia dela vera paz libere cosesit in regē nrm̄ p̄suatione religiosorum et amicabili ingressu.]

dicimus de alijs prouintijs. siquesunt que persuasionib9 vel religiosorum vel regalium magistratuum hyspaniarum ad hoc fuerint inducte. Presumuntur enim metu facere non libere aut sponte propria. Cumacum gentes iaceat sub eadem durissima seruitute vt ex dictis et dicendis patet tamdiu durat metus tyrani q̄ diu viuit tyranus aut durat ~~metus~~ eius tyranis. Quia eadem causa metus manente vel durante: oportet eundem effectum idest metum manere. vt probatur per capitulum primum cum ibi nota. de his que vi metu. cau. fi. Vnde quicquid oppressus faciat presumitur inuitus et metus causa facere. Quod indubitanter in casu isto accidit.

§. 33.

Conclusio. 5ª.

Catholici Reges nostri Hyspaniarum sunt modo in statu illo q̄tum ad dominium et iurisdictionem actualem siue regie potestatis exercitium illius indiarum orbis: quo erant quando Rome facta fuit eorum institutio de orbe illo per summum pontificem Romanum.

Probatur conclusio. multipliciter et primo sic scilicet per argumentum a correlatiuis. De quo per Bal. in l. conuenticula C. de epis. et cler. et per secundum modum quo dictum argumentum formatur scilicet destructiue. Vt ad remotionem vnius relatiuorum sequitur remotio alterius. Textus notabilis. in. l. fi. ff. de acceptilia. et l. 1. C. de Cypressis libro. 11°. et quod negatur vel corrigitur in vno negatur

vt

Ut corrigitur de alio. tex est in. l. fi. C. de iudi. vidua. et ibi legiste. ¶ Correlatiua .n. sunt reges nostri et populi omnes illi quantum ad vniuersalem iurisdictionem: sed remotum se per fuit ab omnibus regibus / incolis et populis illius orbis Jus vel onus habendi vel recognoscendi reges nostros in superiores et ad hoc consensum prestandum: cum semper et modo est a clarissimis et catholicis regibus nostris ius actualis dominij et exercendi jurisdictionem actualem aut regie potestatis per totum illum indiarum orbem ergo in illo statu sunt reges nostri etc.

non sunt reges nostri actuales potestatem exercendi iurisdictionem

¶ 2°. probatur conclusio quia sicut tunc reges nostri habebant jus ad rem et non in re respectu illius indiarum orbis: et ita et nunc habent jus ad rem et non in re vt in conclusione 3ª.

modo sunt jus ad rem sicut ante et non sunt in re

¶ 3°. quia sicut tunc habebant solum titulum ad regna illa. ita modo solum habent titulum ad regna illa vt apparuit in eadem. 3ª. conclusione. ¶ 4°. quia sicut tunc habebant dominium in habitu et iurisdictionem et non in actu: ita modo sunt illa non in actu sed in habitu et ad huc non in habitu plene. Ut patet in precedenti corrolario. ¶ 5°. quia sicut tunc nondum fuerant illa duodecim requisita et necessario seruandaque conclusio .2ª. continet vt possit ordinem naturalis et diuini juris executioni mandata: ita et nunc et tempore intermedio et nunquam fuerunt seruata: sed omnimodis factum est contrarium vt per totum istum tractatum euidenter apparet. ¶ 6°. quia sicut tunc reges nostri non habebant consensum regum et populorum quoratam haberent dictam institutionem papalem atque libera voluntate seditioni et imperio eorum Vti traderent (quod est fundamentum et causa efficiens totius huius negocij prout est probatum) ita et nunc prefato fundamento et causa efficiente carent. vt in penultima particula conclusionis 2ª. fuit probatum. ¶ 7°. quia sicut tunc nemo regum et populorum illius orbis rite idest juridice:

nec

nec rite idest cum debitis circunstantijs recognouit reges nostros in dominos superiores: ita nemo nunc est qui rite aut recte ab illo tempore usque modo recognouerit aut recognoscat Reges nostros in superiores ut 4.a conclusio satis declarat. ¶ 7. demum probatur sic: quia sicut tunc quando litere apostolice prefate institutionis fuerunt expedite Rome Reges nostri nondum apprehenderant rite aut recte illius orbis possessionem aut alicuius partis eius: ita et nunc nulla possessio apprehensa est rite nec recte ex parte regum nostrorum: nec aliquam iuridicam modo habent possessionem. ¶ loquimur hic de possessione per respectum ad gentes illas habitatrices prememorati orbis de quarum iure hic tractamus. Sed respectu aliorum regum mundi maxime christianorum aliud est. Quoniam verum est quod primus admirandus vel archimarinus qui primo detexit prefactum orbem et ceteri nuncij omnes regum nostrorum in quolibet loco cui primo applicabant possessionem apprehendebant iuridicam corporalem. Unde nullus principium mundi presertim christianorum habet aliquid facere in toto illo indiarum orbe nisi castelle et legionis Reges domini nostri propter dictam institutionem a Romano pontificem factam de eisdem regis nostris: et prohibitionem simul apostolicam ne alius quicunque accuiusque conditionis vel dignitatis existat se intromittere audeat ut supra tetigimus quacunque de causa de eundo vel mittendo absque licentia et bene placito regum nostrorum ad illum orbem. ¶ Quod aut nulla possessio apprehensa fuerit rite aut recte hactenus ex parte regum nostrorum in toto illo orbe: certe per multa eorum que supra disputata et declarata sunt pot videri clara luce. Nihilominus de nuo et specialiter id probare volumus. Et primo sic. ¶ Nemini est auferenda possessio ante cause cognitionem: nec possessor debet

nulla habent iuridicam possessionem in illo orbe nouo reges nostri.

ob quod iniuste fit per gallos volentes terram floridam occupare.

peccant galli occupantes terras floridam et reges hispanie.

debet expelli eo non vocato et audito: etiam siquis ha
beat licentiam expellendi. Alias nihil valet quod
agitur: & cadit a iure suo expellens siquod ~~agitur~~
in ea habebat. Sz gentes vniverse totius illius indiarum
orbis erant in possessione illius: quibus tamen ablata
est omnis possessio ab hispanis tam dominorum iu
risdictionum et iurium (publice atqz priuate) corpora
lium & incorporalium: qz terrarum nemorum mon
tium fluminum, aquarum et omnium que in predictis
nascebantur: vt in mineralibus auri et argenti fodinis
salinarum: auri et argenti aliorumqz methalorum,
salis: margaritarum gemmarum vnionum, lapidum
preciosorum ceterarumqz rerum precij et stimationis im
comparabilis: et sic possessores et domini proprietarij tot
tantarumqz rerum et immensi valoris: quibus simi
les Salamon in omni gloria sua habuit: nec vidit nec
intrum esse natura potuit sommiare: fuerunt expli
pulsi et spoliati ante cause cognitionem ipsis nec voca
tis nec auditis ergo apprehensio seu ablatio talis possessio
nis per hispanos Immo violenta spoliatio et vsurpatio appre
hensa non fuit rite nec recte facta ex parte regum nostro
rum: et per 9ns nihil valet aut valuit: et siquod Ius in illo
orbe habuissent ab illo caderent. Quanto magis nihil Juris
quesitum habendo in orbe prefato. ¶ Est aut cause cogni
tio (sz Juristas) deliberatio iudicis ex assertione actoris
et contradictione aduersarij solemniter facta ad inuesti
gandum veritatem causarum in quibus ius est depositum
vt in .l. 3. ff. de resti. in integru. l. si plagis. §. in clivo
ff. ad .l. aquil. ¶ Minor per facti euedentiam toti mundo
est clara. ¶ 9na vero cum maiore probr primo per .l.

nemi

non sunt iuri
dice priuati suis
bonis noui orbis
incole

meminerint. C. unde vi. ubi apparet quod si papa vel imperator concedit alicui castra non potest illa propria auctoritate occupare nisi iuris ordine servato. Quod si possessionem invadit jure suo privatur. Item si iudex alicui dat licentiam non valet nisi iuris ordine servato et abutentes illa cadunt a iure suo. Ordo enim iudiciorum servandus est. in quo iuditio debet citari possessor si invenitur alius citat procurator qui ei denunciet hec Baldus in sumario dicte legis: meminerint. et l. si quis in tantam. C. eo titul. et C. si per vim. l. 2. ubi dicitur quod possessor non convictus nec citatus non debet in sua possessione turbari et ex rescripto principis vel interlocutione iudicis. hec ex illo. Et in cap. conquerente de resti. spolia. ubi possessio sine ordine iudiciario advocata est ante omnia restituenda.

nullus potest privari sua iusta possessione nisi iuris ordine servato.

possessor ad hoc quod spolietur sua possessione debet citari vel procurator si sit ipse absens

¶ Sed cum gentes ille universe per tot violentias turbate non vocate: non audite: atque iuris ordine non servato fuerint per hyspanos omnium iurium suorum possessione spoliate ergo nulla possessio apprehensa est rite nec recte usque modo ex parte regum nostrorum nec aliquam iuri dictam possessionem nunc in tuto illo orbe habent. et per consequens reges nostri in illo sunt statu hodie quem glo. supra declarat. ¶ 2°. idem probatur. quia si hereticis non est auferenda possessio sine sententia declaratoria licet perdat dominium rerum suarum ipso iure ut expresse cavetur in c. cum secundum de here. lib. 6. in ver. confiscationis. Ubi petrus de anchar. et in c. licet de preben eo lib. ait. quod licet in casu heresis et similibus acquiratur dominium sine traditione vel perdat hereticus ipso Jure: non tamen perdit possessionem. ut est glo. no. in l. fi. C. de sacro san. ecclesie. Quanto

valde nota.

minus

minus ergo auferenda est possessio eis qui iuste possidet: nec sunt priuati, nec priuandi dominiis suis vt prefate nationes. Vnde addit Anchar. in l. c licet q nulla est turbatio vel violentia inferenda pacifice possidenti quominus sua possessione vtatur donec per per sententiam declaretur alius dominus et si prima facie sit iniusta. Debet. n. de tali iniustitia constare iudici vt iudici. Quod non potest contingere nisi parte vocata. vt. l. fi. C. si per vim vel alio modo. cuius ratio est secundum eundem Ancharra. quia ex aliqua causa pot sibi ius competere retinendi ex quo (inquit) nota q quemcunque possidentem faciat ius commune vt qua possessio sit patenter improba. tamen non est auferenda eo non vocato. Et hinc est q in delictis notorijs requiritur citatio iuxta nota in. c. vestra de cohabita cleri. et mulierum. nullum est. n. delictum adeo notorium: quod non habeat excusationem ad euasionem pene vt dicit singulariter Innocen. in. c. preterea. de dilatio. ad hoc. c. cum dilecti de acusatio. vbi dilapidatio. rapina, et Simonia possunt excusari: licet per confessionem in iuditio sint effecta notoria hec Ancharra. Et baldus inquit in c. inter quatuor de maiori. et obedi. q possessio est legitimus Clipeus et ensis possessoris donec per iudicem euincatur. vt. n. ff. de Eui. l. habere licet. C. de Iur. fisc. l. prohibitum. lib. 10. C. de metri. l. deuotum. lib. et C. si per vim vel alio modo. l. fi. C. si pp publi. pen. l. si deserit. Et sine citatione factum: debet sine citatione reuocari. vt quemadmodum iudex fuit facilis in mittendo: ita sit promptus in corrigendo. l. 1. §. 1. ff. si mu[...] ven. n. vbi est tex. singula. hec bal. ¶ Cum igitur et iniusti notorie possessores et contra quos facit jus comune: non sint turbandi aut molestia

Anchar.

adhuc in delictis notorijs requisita est citatio

bald.

possessio est legitimus clipeus donec per iudicem possessor euincatur

tia aliqua eis inferenda quominus pacifice sua posse
ssione vtantur et gaudeant. Quousq; vocentur et audian
tur et his omnibus que iuris ordo requirit seruatis: et
tandem per sententiam declaretur et ipsis male possiden
tibus constet qualiter rite ac recte spoliare habeant: quanto
magis hec seruari deberent ac debuissent cum indianis
gentibus in quarum favorem totum Ius commune immo
Iura omnia iura omnia naturale diuinum et humanum
faciunt. Cum autem nihil horum seruatum fuerit cum
eis: sed more latronum predonum compilatorum: inva
dentes orbem illum et quamlibet illius partem hyspani
nostri hactenus violenter ac terribiliter ingressi sunt:
Universa Vastantes vsurpantes / mactantes / depopu
lantes veluti si de celo ignis demissus cuncta devoraret:
Sequitur apprehensionem siue oblationem talis possessionis
per hyspanos: non rite: non recte: non iuris ordine
Seruato: Sed omni iure violato esse factam vsurpatam
tyrannicam et damnatam omni iure: ac proinde nullam
iuridicam regis nostri possessionem hodie habent: unde
modo sunt in predicto primordio statu et cetera.

Confirmatur omnia que circa hoc deduximus et potest esse
3ª probatio per exemplum quod legimus in divina Scriptura
de Habrahan et eius posteritate. Namque ut habetur Gene
sis . 12 . licet deus promisisset Abrahe et semini eius
post eum dare terram chanam et sic Habrahan haberet
titulum iustissimum et ius ad terram illam non tamen
decreuit quod Habrahan caperet possessionem terre illius
nec Isaac nec Iacob donec pars citaretur et audiretur
idest peccata illarum gentium complerentur que interpellabant iudicem Deum quasi actor contra illas et per

Seniam

[Margin: omnia iura sunt fauore indorum ut nullo modo essent expoliandi]

[Margin: nulla iuridica possessio modo.]

sentiam iudex decerneret ut actualiter filij Israel mitte
rentur in possessionem. Quod tunc factum est et sententia
pronunciata: quando completa fuerunt illorum scelera: tem
pore scilicet Josue ut patet Josue per totum. Unde in c. ii.
eiusdem libri dicitur domini. n. sententia fuerat ut indu
rarentur corda eorum et pugnarent contra Israel et
caderent et non mererentur ullam clementiam acperi
rent eos/. Unde in toto illo tempore currente scilicet antequam
Deus decreuisset tollere terram illam eiusmodi gentibus et ad
Israelitas transferre nihil iuris quesitum fuit Abrahe
nec successoribus eius nec dominium aliquod habuerunt
in tota terra illa: nisi titulum et ius ad illam: sed semper
fuerunt aduene et peregrini in terra aliena scilicet suo
rum naturalium possessorum et dominorum et ideo iuste
illam quantum ad proprietatem et possessionem gentes ille
tenebant. nisi forte obstarent quod aliqui sancti te
nent fuisse scilicet terram illam sem primo geniti noe:
quippe qui quando inter suos tres filios diuisit orbem Sem dedit
pro se et posteritate sua terram illam. Quam postea filij
Cham tyrannice violenterque expulsis filijs sem more
barbarico per multos annos possederunt. Dominus
autem quia iustus est restituere terram filijs Israel qui ex
Abrahan: Abrahan vero qui ex filijs noe processerant
post tot millia annorum decreuit et tamen de hac in
iustitia filiorum chanaam forte non constabat abrahan
nec filijs Israel: quoniam scire non poterant nisi per reuela
tionem que non fit omnibus. Et licet scirent cum tamen
omnibus non constaret: ideo poterant homines iudicare
terram illam quantum ad proprietatem et legitimam possessio
nem

nem fuisse Chananeorum Abrahan sequens huma
num inditium et filij et posteri eorum: licet aliter sci
rent per reuelationem et reputantes ac si terra illa nō
esset vsurpata suis predecessoribus sed Chananei esset
veri ac legitimi domini: non edificauerunt sibi domos
firmas: sed manserunt in casulis et tabernaculis que sunt
domus mobiles et portatiles vt apparent ista ad hebre. ii.
vbi de Abrahan et filijs eius ait aplus. Demoratus est
interra repromissionis eiusdem hec ibi. Et actuum. 7.
dr de abrahan inde postq̄ mortuus est pater eius trans
tulit deus illum (scilicet) abrahan interram istam inqua
nunc vos habitatis. Et non dedit illi hereditatem in
ea nec passum pedis sed repromissit dare illi eam inposs
ssiones et semine eius post ipsum hec ibi. Promissio aūt
alicuius gre: non confert ius aliquod illi cui promittit
vt Patet in habrahamo et propterea nunq̄ fuit au
sus Abrahan vsurpare aliquid tanq̄ proprium
interra illa donec promissio illa implenda per iudices
ipsum Deum decerneretur cum effectu. hoc patet: q̄ñ in
digens loco ad sepelliendum Saram vxorem suam emit
ab incolis terre illius scilicet ab Ephnon filio seor agrum
inquo erat spelunca duplex: nec voluit gratis eam
accipere: sed dedit quadrigentos siclos argenti pro
bate monete publice vt apparet Genes. 23. et ibi di
xit aduena sum et peregrinus apud vos: date mihi jus
sepulchri vobiscum vt sepeliam mortuum meum etc/.
¶ Si ergo terre promisse à deo filijs Israel in qua ille gētes
~~possidebant~~ peccatrices habitabant: et que priuande omnino
erant dominio et possessione ac omni iure diuinitus: imo
ex

post promissionē factam abrahā nō sibi appropriauit aliquid de terra promissionis vsq̄ dū pe judicē deus fuit declaratus/.

exemplum multum natādum/.

ex sententia Domini erant delende: noluit ut possessio
nem caperent Israelite qui Domini erant futuri concessione
diuina donec per sententiam judicis que constaret eis sci
licet hebreis id fieri de voluntate et Jussu dei) decerneretur:
quia pro toto illo tempore iuste saltem q̃ʒtum ad Juditium
humanum ille gentes possidebant: quanto magis in indis
hec obseruanda erant videlicet non spolliare illos: sed ser
uatis ordine juris et debitis circumstantijs atrahere dulci
ter ac persuadere suauiter quatenus sua sponte ipsam posse
ssionem ipsi met traderent. Quippe qui non solum ex sen̄ia
Domini delendi aut spoliandi non sunt. sed potius cognitio
ne veri dei viuificandi: et fide atqʒ doctrina salutis vestiendi
et informandi ex arcto diuine legis precepto. Ergo appre
hensio possessionis illius orbis et cuius libet eius partis ex
parte regum nostrorum rite aut recte nunq̄ʒ fuit per
hyspanos hactenus habita sed in Juste talis possessio sem
per apprehensa. ¶ et cum nullam iuridicam reges nr̃i
habeant illius orbis possessionem: manifestum est esse in illo
statu q̃ʒtum ad dominium et iuris dictionem actualem et regie
potestatis exercitium: quo erant qn̄ Rome per Romanum
pontificem facta fuit eorum de illo orbe institutio

·§· 34·

¶ Conclu° ꝓbat² quia nihil de iure post predicte institu
tionis expeditionem Rome factam actum est usqʒ hodie
q̃ʒtum ad ingressum et progressum hyspanorum per totum
illum orbem: sed omnia fuerunt et sunt modo nulla de jure
ergo Reges nostri modo sunt in illo statu perinde ac si nunc
institutio papalis Rome expediretur etc̄ /. gn̄a patet. Añs

probatur

1.ª ratio. probatur multipliciter. tum 1.º quia hispani nuncij re
gum nostrorum contra iura gentium et naturalia diuinaque
sine causa et ratione more perdonum primum opus a quo
legationem suam inceperunt fuit hostiliter atque impie in
vadere regna illa pacifice viuentia: cedibus in manibus
campos madidare cruore humano. ¶ Ubi non erat nume
rus trucidatorum vtriusque sexus et etatis et dignitatis
nec non eorum qui captiui ad seruitutem truculentiam
seculi ad macellum ducebantur. ¶ Pro vt iam pridem vniuer
2.ª ratio so orbe compertum est. ¶ 2.ª Tum 2.º quoniam ordo iuris et ea
que sub illo continentur necessario seruanda videlicet duode
cima illa que in questione 2.ª numerantur nunquam fuerunt
3. ratio obseruata. ¶ Tum quia cum omnia que isti patrauerunt
in ingressu et progressu in toto illo orbe fuerint opera
crudelium tyranorum: manifestum est cuncta esse nulla
4. ratio. de quo nullus qui sit sani capitis dubitat. ¶ Tum 4.º quia
nunquam institutioni prefate de regibus nostris gentes ille
consenserunt nec consensum alicui rei que ad ius aliquod
tribuendum hispanis aut hispaniarum regibus prebuerunt.
5. ratio. ¶ Tum 5.º quia nullus rex aut populus totius illius orbis re
cognouerunt Reges hispaniarum in dominos aut suppre
6. ratio. mos principes. ¶ Tum 6.º quia possessiones nec illius orbis
nec alicuius illius partis cum tamen veri domini et propri
etarij essent nunquam voluntarie tradiderunt. Sed violenter
et contra ordinem iuris naturalis et diuini ea spoliati
7.º ratio. fuerunt. ¶ Tum 7.º quia regna et prouintias que
consueuerant regi per suos naturales reges et princi
pes et sub naturali eorum dominio erant idest de iure
gentium: contra voluntatem regum et dominorum
naturalium eorum occupauerunt et hyspani vsur
pauerunt quod proprie tyranorum est quia vsurpata

dominia

dominia appellantur tyrannides ergo nulla omnia de iure permanserunt. Ut patet per notata in l. de cetermus C. de sacro san. eccle. et supra omnia late probata existunt.

¶ Tum 8°. demum: quia omnia que a principio detectionis illius orbis usque ad huc hispani patrauerunt in illo: et gentes ille sustinuerunt ab eis semper fuit incutiendo eis terribilem timorem inconstantissimos viros cadentem ut ex quam plurimis dictis apparet et est notissimum ergo omnia nullius momenti fuerunt. ¶ Omnium predictorum nullitatis ratio est quia carent fundamento potestatis et iurisdictionis etiam si reges et mundi potentes sint in suis regnis habentes omnimodam potestatem: quia in malis et in iustis actibus redducuntur ad statum persone priuate vt. l. 3. de offi. presid. et in regula ea que. Cum ibi no. de regul. iur. lib. 6. Iurisdictio. n. est substantia et fundamentum omnium que Rex vel rector aut quilibet iudex in tota republica facit. que debet precedere officium ius dicentis. nam prius nascitur quam exerceatur ad actum. vt patet. C. qui pro sua iuris. l. 1. et no. in l. instar. C. de iur. fis. lib. 10. §. ubi non est iurisdictio vel cuius iurisdictio propter in iustitiam quam facit abutens Iurisdictione suspensa est gesta viribus non subsistunt: quia priuatus est d. l. 3. ff. de offi. presi. ¶ Cum igitur Nuncij regum nostrorum nullam habuerint iurisdictionem quam si habuissent suspensa esset propter horrenda eorum opera: sed fuerint persone priuate et vere tyranni existerent atque proprissimi predones quis auderit dubitare gesta per eos omnia quecunque sint fore: nulla et nullius roboris aut momenti. ¶ Est namque nullitas si in concreto capiatur vicium seu defectus rei geste ob ligis transgressionem proveniens. Si aut sumatur ut in abstracto et in facultate agendi iurisque remedio et legali subiecto: sic describitur

8. ratio.

Iurisdictio est fundamentum.

cribitur (Secundum Sebastianum Vantium in suo tractatu de nullitatibus) et jus et comune auxilium ad irritandum seu irritum nuntiandum actum de quo queritur competens. ¶ Post positionem legis insurrexit cognitio et remedium nullitatis. Nam lex frustra fuisset posita si contra eius transgressores ac in fauorem publici iuris et oppressorum aliquod salubre remedium non adinuenisset. Potuisset nanque unusquisque inauditus: ac nulla precedente causa et cognitione et per non iudicem rebus ac proprio patrimonio priuari et spoliari contra naturalem justitiam ac propriam substantiam legis secundum ea que posuit Innocen. in c. que in ecclesiarum de consti. Et taliter priuatus et spoliatus quasi nudus et inermis sine auxilio et legis adminiculo remansisset. Per hoc igitur remedium Vocabuntur/ audientur/ et defensabuntur non vocati/ non auditi/ non defensati merita causarum discutientur omnisque dolus fraus et machinatio excludetur: et tuta remanebit inter improbos Innocentia. Et propterea non inmerito lex vocat remedium istud auxilium commune et meram esse defensionem secundum doctores. Est igitur nullitas iuris remedium legum tutamen/ pena temerariorum auxilium comune et vera defensio oppressorum et ob publicam causam introductum. Et cum nulli potestatem dederit deus hominibus et regibus vel principibus quantaliter dignitate refulgeant faciendi iniustitiam et iniquitatem ad pernitium vel dannum aut preiudicium hominum. Ideo contra mala que abutendo potestate sibi a deo tradita presertim principes et magni operantur: nullum aliud remedium potest imaginari: nisi quod non subsistat nisi quod non subsistat de iure quicquid iniustum et contra jus naturale vel diuinum fecerint. Ut notabiliter

Quod jus naturale facturae non subsistit /. prepositus:

liter dicit Prepositus in c. si Dominus .11. q. 3. vbi inquit.
Quod si iniquitas et iustitia quam facit princeps suppre
mus dependet à talia iure quo princeps astringitur pu
ta à iure gentium vel naturali seu diuino: et tunc qr
papa, imperator vel quilibet alius princeps: illud non
pot tollere: tunc si tale peccatum est et notorium vel
clarum et euidens et maxime si est grave: non est obe
diendum. vt. d. c. si Dominus. et c. Non. el ẑ. ea. cau.
et q. et c. julianus et no. per hostien. in c. propo
suit de concessi: preben. et ratio est quia Sria, non potest
illud ius tollere quia in hoc nullam habet potatem quo
ad hoc priuatus est: Et ideo sibi extra forum suum sic
mandanti obedire non debet: presertim in casu quo hoc
notorium seu euidens est vt. ff. de offi. presid. l. 3. et ff.
de iuris. om. iudi et est argum. opti. de privil. c. cum
olim. Et maxime quia supponitur ille casus q est talis:
qui per superiorem in modum appellationis vel restonis
aut querele simplicis reparari non pot pro eo q ille q
gessit talem actum non habet ad quem recurri possit.
Et est ratio huius quia dum cessat suffragium iuris possi
tiui: ad suffragium iuris gentium seu naturalis recurren
dum est. vt patet in indictione bellorum et represaliaz
Vt patet. ff. de iusti. et jur. l. ex hoc Jure et. 23. q. 2. c.
Dominus noster. Equitas aut nalis iuris exigit et requi
rit q vnus non ditetur cum jactura aliena. l. nam hoc na
ff. de condi indebi. et inferior per superiorem euidenter
indebite non grauetur: neqz opprimatur. ff. de his qui sunt su.
vel alie. iur. l. 2. §. dominorum et. C. vnde vi. l. 1. Re
medium aut iuris gentium seu naturalis est istud qd si non sit
superior qui actum in iustum retractare possit: q sit nullus
et

hostie.

Dū cessat suffra gm iuris ad suffragium iuris gentium recurrendū est

et habetur pro non facto. Quia aliud remedium imaginari
non pot. Et per hoc optime facit. ff. qui ad liber procla.
non licet. l. 2. In his .n. ex quo non superest aliud re
medium licitum est propria autoritate contra facere: et
non obedire superiori: quinimo sibi Jus dicere. Hec omnia
prepositus in forma facit bene sententia. Bal. in de pace
constantie. C. in nomine christi quam persuimus supra
§. 9. Exprimitur aut nullitas his terminis scilicet:
nullum: irritum: inane: inutile: nullius roboris aut
momenti existere: non valere: non tenere: nullas ha
bere vires: viribusque non subsistere: non iure: non
rite vel recte aut male vel perperam et inefficaciter
citer factum: infirmum esse: firmitatem non habere:
et pro non iudicato infecto: casso: irrito: nullo et
non rato haberi et similibus. ¶ Cum ergo gentes occi
dentales ille in regnis et terris suis proprijs absque illi
alterius gentis vel nationis iniuria viuentes non fuerint vo
cati nec auditi: Imo sine precedente causa et cognitione
per hyspanos non iudices: non solum rebus et proprijs pa
trimonijs verum etiam dignitatibus regalibus principa
tibus libertate vxoribus / filijs cum bonis omnibus alijs
etiam vita ipsa cum maximis cruciatibus fuerint pri
vati et spoliati nec sit superior hodie in mundo saltem
de facto ad quem occurratur: et sic maneant miseri et
miserandi nudi priuati spoliati inermes / sine auxilio
et omni mode indefensati ergo nullum remedium
superest eis nec potest aliud excogitari: nisi (quod in
rei veritate est) omnia facta circa et contra eos pro in
fectis scilicet habeatur. Non quidem quod huiusmodi remedium eis
proderit aliquid: cum iam occisis et in inferno damnatis
cum

Omnia facta per hispanos in novo orbe sunt iure irrita et nullius valoris /

no
ac
ali

cum millia millium decesserint absque fide et sacramentis:
tum vivis et oppressis omni spe redemptionis destitutis
tis pp ingluuiem auaritie insaciabilem adimplendam.
Solum hoc remedij et solatij videor arbitrari posse aliquando
fore habituros: videndo scilicet indie iudicij quando vocabuntur
et audientur omnes et merita cause sue discutietur — notandum et timendum.
Sicut ceterorum omnium et omnis dolus et machinatio
tyrannorum et nullitas operum suorum reserabuntur et
ad penas eternas per sententiam iusti iudicis destinabuntur
Ipsorum autem qui ab eis hic mala passi sunt Innocentia
(nisi alias peccata aliunde impediant) permanebit manifesta
defensa et tuta. Sunt igitur omnia que per hyspanos
a principio detectionis illius orbis usque ad huc gesta fuerunt
nulla de iure: ac per consequens Reges nostri catholici sunt in illo statu
quo erant quando litere apostolice Rome conficiebantur /.

§. 35.

Corrolarium.

Ex dictis et probatis pro verificatione 5. conclusionis patet:
dictam papalem de regibus nostris institutionem vel concessionem
a tempore quo hyspani nostri terras illas perperam ingressi
sunt ad huc usque suspensam esse et impendenti permansisse:
perinde ac si hodie Rome fuerat concessa et expedita.

Dicitur aliqua iurisdictio vel facultas / siue potestas esse
suspensa vel impendenti aut etiam quod dormit: quando deest
subiectum vel materiam circa quam exerceatur aut aliquid
addendum sit necessarium. Quod nihil aliud est in re nisi
habere illam in habitu. Ut patet per ea que leguntur et notantur
in c. ex tenore. per glo. et doctores in c. licet ex — tunc facultas suspensa est quando deest subiectum vel materia circa quam exerceatur

suscepto

suscepto. de foro competen. et in. c. Pastoralis. infi de rescrip. et per doctores in c. si confirmationem. de electio. lib. 6. et in. c. Romana. de offi. ordi. et in. c. Romana de apella. eo libro Omitto alios modos quibus Iurisdictio alicuius iudicis solet suspensa esse quia incidit in excommunicationem aut suspensionem a Iure vel ab homine illatam: quia non faciunt ad propositum nostrum ¶ Probatur corrolarium .1. quia existens Rome dicta promotio vel institutio de regibus nostris ad hoc quod suum sortiretur effectu (hoc est ut eius virtute reges nostri rite ac recte actu assumerent illius orbis indiarum principatum et sic iurisdictionis & regie potestatis exercende plenam haberent facultatem) deerat principalibus et necessario addendum vel supplendum scilicet servare illa duodecim que ordo naturalis iuris continet ut in .2.a glosa ostendimus potissime undecimam particulam eiusdem Conclusionis consensus videlicet liber regum et populorum illarum gentium quo prefactam promotionem approbarent et ratam haberent ac voluntate libera in utres dominos reges nostros susciperent: sine quo impossibile erit Iure principatum illum possidere: prout plenissime probatum est: ita ab ingressu hyspanorum per totum continuum tempus usque adhuc semper defuit et modo deest illud principalius et necessario addendum vel supplendum: scilicet: illa duodecim: quemadmodum ex quamplurimis relatis & decisis liquet ergo eiusmodi promotio vel institutio papalis mansit et manet modo suspensa vel impedita. ¶ Probatur corrolarium .2. quia per totum tempus illud fuerunt quedam iuridica impedimenta ne dicta papalis promotio vel institutio suum sortiretur effectum: que impedimenta quamdiu duraverint prefata institutio semper dormiet et in pendenti atque suspensa erit.

de fuerunt illa que iure nature servanda sunt.

¶ Primum

¶ Primum impedimentum est: quia propter nostras iniquitates impietates invasiones tyrannicas violentias accessionem ingressumque omni iure damnatum in terras illas et regna aliena quibus tam ingentes clades iacturas et irreparabilia damna habitatoribus earum sine causa intulimus: et propter continuam duram et atrocissimam servitutem qua incessanter quotidie macerantur premuntur in qua irremediabiliter diminuuntur et pereunt: cui omnes indifferenter, magni et parvi reges et subditi addicti sunt: illam scilicet quam repartimiento vel comenda vocaverunt: que revera totum fere orbem illum populata est: nacti sunt universi incole illi habitatoresque totius illius orbis ius movendi bellum publicum adversus nos tanquam contra publicos hostes teterrimos et totius generis sui deletores et crudeles inimicos. Bellum (inquam) non defensionis modo: verumetiam ultionis: ulciscendo (videlicet) et vindicando iniurias et dãna à nobis recepta: occupando bona nostra si que haberemus et personas capiendo, et trucidando: nec non in servitutem redigendo et cetera omnia que summo principi habendi iustum bellum licent. Habent enim iustum merum mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam et iura principis non recognoscentis superiorem. Itaque eorum principes seu reges tantam habent potestatem in regnis suis, quantam apud populum christianum imperator ut supra probatum est §. 5. et in sequentibus: et in multis nostris tractatibus presertim in de bello Xalisgno. ¶ Et ad propositum nostrum facit notabilis textus in c. si quis episcopus de supple. negli. prela. et ibi glos. in verb. libertati. ubi habetur quod si episcopus a paganis vel schismaticis capiatur: factus est eorum servus. Insti. de iur. perso. §. ulti. et ff. de capti. et post. lib. l. 5. et ff. de regul. iur. l. servus. Unde taliter captis christianis

impedimentum ne papalis institutio sortiatur effectum.

et comendarum partimientorum depopulatrice totius illius orbem

habent ius movendi bellum habitatores novi orbis contra hispanos tanquam contra publicos hostes

quare bellum iustum ex parte indorum contra hispanos.

habent iustum merum et mixtum imperium incole novi orbis

tianis ab illis indianis nationibus vel a quibuscunque infidelibus iustum bellum gerentibus ut in casu isto non licet fugere seu recedere a dominis suis infidelibus nec bona eorum furari nec alios christianos captos ab eis eximere: alioquin restituere in foro conscientie tenetur: nisi periculum immineret ipsius capti relinquendi fidem Secundum hostiensem in suma de pen. et remiss. §. quibus et qualiter .12. colu. verb. Quid ergo. ¶ Cum igitur bellum foveant contra nos iustissimum manifestum est iure optimo posse dicte papali promotioni vel institutioni resistere atque de ipsa egerrime conqueri quinimo ipsum christi vicarium instituentem in iustum et publicum hostem totius generis humani existimabunt quando quidem freti autoritate institutionis prefate ab ipso emanate hispani ea fecerunt eis et tanta et talia mala se ab illis pati vident. ergo. Dum ista questio duraverit et bellum ipsum termineretur (quod tamen ius indicendi contra nos bellum nisi tregua vel pace, aut satisfactione ledentium, sive remissione lesorum voluntaria interrumpatur: terminum non habebit) dicta institutio suspensa dormiens, et inpendenti erit. ¶ Aliud impedimentum iuridicum exinde cognoscitur verum esse: quia cum de malis et damnis que per nepharia bella et de oppressionibus perservitutes eiusmodi gentibus intulimus: nunquam satisfecimus nec spes ulla est apud illas quod aliquo futuro tempore satisfactionem faciemus: nec et ipsi voluntarie remittet: quia non cessamus eos offendere ut statim dicetur ergo

bellum contra hispanos non habet terminum nisi tregua vel pace aut satisfactione interrumpatur.

quare semper durat oppressio.

perpetuo

perpetuo habebunt ius nos bello impetendi ergo perpetuo
etiam prefata institutio dormiet et impendenti atq3 sus
pensa permanebit. ¶ Est impedimentum 3m. et quidez
iure naturali roboratissimum et manifestum: vide
licet: quia vis et iniuria personalis continue ac incessan
ter eis (ut predictum est infertur: cum semper eadem
servitute acerrima (scilicet) repartimiento vel comen
da detineantur quastam reges et domini naturales
magistratus nobiles et ignobiles eorum: q3 subditi
universi priventur sua naturali libertate dominio iu
ris dictionibus dignitatibus nobilitate iuribus et privi
legijs suis: ac omnes populi succumbentes rigide et inhu
maniter perpetuo opprimantur. Unde vis seu violentia qti
die continueq3 in eos committitur et semper nascitur est q3
in fieri et in actu permanenti siue influenti: per quam non
solum infertur vis continua subditis et popularibus: com
pellendo eos per metum obedire tyrannis et dominis violentis
ut sunt singuli nostratum: verumetiam legitimis dominis
et regibus eorum vis infertur. Illis quidem compulsiua:
istis aut expulsiua ergo semper ac perpetuo continueq3
pot de iure resisti et propulsari. Tum ad propulsandaz
presentem violentiam seu tyrannidem: tum pro tuenda sua
libertate: tum pro recuperanda possessione qua in iuste
fuerunt spoliati: tum pro rebus repetendis sibi ablatis:
tum demum pro ulciscendis in iurijs et offensis sibi factis.
Ut satis probatur in c. dominus noster. 23. q. 2. et C.
de proba. l. vis eius et C. de sacro san. eccle. l. decernimus.
et notabiliter Baldus in l. data opera. C. qui accusare
non possu. penul. colu. et in repeti. l. 1. C. unde vi.
¶ Regulare. n. est q cuiq3 liceat defendere suam possessio
nem quam pacifice possidet: et contra aggredientem et se
deijcere molientem armis se tueri: et longe fortius iurisdic
tiones

Sep manet in eadē servitute et sic nō pot habere effectum papalis concessio.

Vis et violētia sēp in fieri et numq3 cessat.

tionem habens in loco potest ad removendam omne obstaculum sibi paratum irruere tam in personas turbantes vel impedientes: q3 in ostia et muros loci et alia impedimenta ita rumpendo ut libere ut re sua vel iure suo valeat. Et si deiectus est propria autoritate et si privata persona existat pot recuperare post multos años presertim ubi superior non est quiei ad ministret iustitiam. Quod probatur per capm olim el. i. de resti. spol et ibi. Inno. et docto. et in c. dilecto. de sent. exco. lib. 6. et c. significasti et homi. et in multis alijs iuribus. Bal. in l. 1. C. uñ. vi. 9. colu. ¶ Cum igitur non cessemus illas gentes offendere in tyramide illa omnes detinendo (repartimiento vel comenda dico) nec restituendo reges et nobiles siue regulos suis dominiis et dignitatibus et alijs iuribus: ceterosq3 incolas pristine libertati: quatenus sic cesset omnis tyranidis: sed potius super adder iniurias in iurijs mala malis gravamina gravaminibus: peiora prioribus et pessima pessimis indies magis ac magis: sequitur q nunq3 erunt placati qui extant nec voluntarie consentient institutioni papali et minus remittent res et bona sibi rapta in iurias et damn irreparabilia eis illata. Et proinde habitum quem reges nostri virtute prenominate institutionis papalis sunt consequuti: non poterit in sempiternum devenire ad actum: tum ex permanentia ex diuturnitate tyranidis: tum ex restitutionis et satisfactionis impossibilitate Ut de se patet ergo interim prefata institutio suspensa et impendenti durabit. Et per consequens catholici reges nostri nullam habent potestatem (si fateri verum licet) exercendi iuristictionem aut regie potestatis nec de capienda possessione aut de dominio vel

bald.

nũq3 poterit pvenire ad actũ nrõr regũ papalis institutio illis novi orbis.

Durãt sibus et maxime cõsiderãdus.

reges hispanie nõ possũt ius exercere in novo orbe neq3 potestatẽ habent disponendi de regimine g.

vel regimine ordinando siue disponendo per totum illum orbem debent vel possunt (salua iustitia) contra voluntatem illarum gentium sollicitari.

§. 36.

¶ Circa primum impedimentum (scilicet) bellum non nihil considerandum, nequidem consideratione leui occurrit (videlicet) quod cum indigene illius indiani orbis, et quidem vniversi propter nostras iniquitates (vt dixit) et mala, que a nobis innocenter perpessi sunt indicendi bellum adversus nos habeant, non solum defensiuum, et recuperatiuum libertatis: et dominiorum, acrerum: verum etiam vlciscendi vsque ad delendum nomen eorum de terra inclusiue: bellum inquam perpetuum) prout in precedenti. §. tactum est, et latissime in quodam tractatu nostro cui titulus est de bello ✕ ahsquino: nos vero ad nocendum eis quoquo modo iure omni careamus inde fit consequens necessarium, quod ab salute loquendo hyspani contra gentes illas per bellum volentes eos interficere, vel de terris suis expellere, non poterant adversus eas se bello defendere. Poterant tamen fugere, ac meliori modo quo possint absque damno vel lesione indorum, eos insequentium subtrahere se, ac terram exire, ac relinquere alienam. Primum (scilicet) quod non poterant se defendere patet. 1°. quia iure naturae gentes ille iustum bellum fouentes contra nos hyspanos erant: immo sunt iudices legitimi nostri propter nostra: cum reges et domini naturales eorum, et populi ipsi habeant omnimodam potestatem, et ~~populi ipsi habeant omnimoda~~ iurisdictionem, non recognoscentes superiorem et supra. §. 5. et. 6. probatum est ¶ Contra iudicem autem proprium, non licet se defendere delinquenti

bellum iustum habent nationes indiane contra hispanos.

non possunt se defendere quia esset contra iudicem agere quod reo non licet licet possit fugere

delinquenti: sicut fur vel male factor q̄ʒvis possit fuge re, sine tamen lesione aut domino alterius. Dixit namq̄ʒ s. Thom. 2a 2e. q. 69. ar. 4. q̄ lex divina naturalis et humana obligat quemquam ad non repugnandum iudicii iuste procedenti. Unde peccat mortaliter legitime potestati resistendo ad Roma. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, et sibi damnationem acquirit. ¶ 2o. probatur, quoniam regula communis legistarum est in. l. Ut vim. ff. de iusti. et iure. q̄ ubicunq̄ʒ offensa est de iure permissa et licita: ibi denegata est defensio. Sicut e contrario ubi est prohibita offensio est permissa, et licita per argumentum ab oppositis. ¶ Cum ergo criminosus offendit aliquem, et iudex iure nature, et gentium immo iure divino sit vindex illius criminis, ad Roma. 13. consequens est q̄ a iudice volente illum punire, non se possit defendere. ¶ Secundum ~~q~~ (scilicet) q̄ possit fugere talis delinquens probatur, quia secundum s. Thom. cuilibet licet agere ad tutelam corporis sui: quicquid rationabiliter potuerit, dum tamen sit absq̄ʒ preiudicio alterius. Cum aūt male factor inquiritur ad mortem, si fugiat, ut non inveniatur, vel se occulat: non preiudicat iudici, quia nihil tollit de iure eius, nec offendit etiamcum tenetur ab eo, et fugit non percutiendo eum, non peccat: quia non offendit eum, quia agit animo utendi ea defensione, que naturaliter ei permittitur, cum naturale desiderio insit homini conservare vitam. Quicunq̄ʒ enim agit per naturalem inclinationem: si non agit contra aliquam legem non peccat. Unde semper licita est defensio, quando sine alicuius preiudicio vel offensa fit, vel exercetur: et sic faciendo non resistit potestati. Ut apparet ex dictis ergo potest fugere talis criminosus absq̄ʒ peccato. Sic ē de omnibus hyspanis, qui sunt in regionibus illis indorum, q̄r cum

vere

Ubi offensa licita ibi denegata est defensio

Malefactor pōt fugere, sʒ nō pōt se defendere.

vere aggressores seu invasores. alienorum regnorum iniusti et proprie tyranni existant et indi contra eos bellum iuste, et naturalis defensionis foueant, et pro inde gerant personam iudicis criminaliter procedentis non licet hispanis ab eis se defendere, pugnando, repercutiendo, aut occidendo seu quoquomodo nocendo illis: sed tenerentur meliori modo, quo possint fugere, aut se abscondere, vt saluet propriam vitam immo a terris indorum omnino recedere: nisi aliud obstaret, dequo statim dicam. Et hoc ideo ne adderent peccata peccatis, quibus status eorum semper in malicia fuit deterior: impugnando/ sub iungando, et prorsus Innocentes delendo, et sepe sepius dese optime meritos. q. peccarunt grauissime quotiens cum lesione aut preiudicio indorum se defenderunt. ¶ Dixi, nisi aliud obstaret: quatenus scilicet ad recedere á terra quia in casu aliquo non tenerentur (scilicet) propter fauorem fidei. ¶ Nempe si in aliqua regione [illegible] Iam essent indigenarum aliqui ad deum conversi non tenerentur terram illam omnino relinquere: sed tenerentur per manere cum periculo etiam proprie vite, propter conseruandam fidem in illis defendendose, cum moderamine tamen inculpate tutele. Patet hoc, quia christianus quilibet, tenetur de necessitate salutis fides christi, quantum ipse fuerit defensare, et conseruare, scilicet, cum pereclitaretur honor divinus, vel vtilitas proximi, pro vt. s. Thom. docet. 2ª 2ª. q. 3. ar. 2. et alibi. Et in decretis. 96. distin. c. nos ad fidem. et c. vbinam legistis. sed si hyspani relinquerent omnino eiusmodi regiones: indubitanter fides, et honor diuinus pereclitaretur, et deinde vtilitas et salus animarum ipsorum indorum periret, quia forte et sine forte ille nationes non essent bene fundate in his que sunt fidei, et preminia detestatione, atque implacabili odio, que gerunt adversus hispanos: putantes, quod religiosi, seu fidei predicatores complices sunt eorum ~~[illegible]~~ des, in malis

aggressores regnorum alienorum

nō licet hispanis se defendere quin dos expellentes eos de terra

bona limitatio.

in quo casu nō licet hispanis relinquere nouum orbe in fidei fauorem

in malis (q ab eis passi sunt, occiderent illos. Unde probabile videtur, qp fidem receptam contemnant, et abijciant, vel paulatim fides in eis totaliter deficiat defectu doctrine et exercitij sacramentorum ergo illi citum esset hyspanis, et peccarent mortaliter talem regionem deserendo: ad quod ats cessante fidei causa, de necessitate etiam salutis obligati erant, vt dictum est. Nam favor fidei cunctis vtilitatibus, et favoribus antefertur, obquem multa singularia inducta sunt: vt in c. in fidei. favorem de here. lib. 6. et .2. q. 7. c. si hereticus. Et (q not. in c. Magne. de vo similiter vtilitas eccl̃ie Dei, et salutis animarum. Nulla enim maior ratio, aut fauorabilior, q̃z que pro religione facit vt in l. sunt pson ff. de religio et sumpti. fune. ¶ Nec tamen iste fidei, et religionis favor adeo se extendit, qp propter conseruandam fidem, et ministros eius, atq; ne fides pereclitetur: possint christiani inuadere, aut aggressores per bellum fieri regnorum terrarumq; gentium, in pace degentium, et q nunquam nos infestarunt, aut malum, vel minimum aliquod nobis intulerunt: presertim cum ille potius iustum bellum contra nos (vt probatum est gerant) et quidem roboratum tam multiplici iure, atq; plena iustitia. Probatur hoc, qnia non sunt facienda mala: vt eueniant quecunq; bona: quorum (scilicet) contrarium facientium damnatio iusta est. vt docet aplus ad Roma. 3. et 3. q. 1. c. nosse. et 32. q. 4 c. forte. et 33. q. 5. c. si dicat. Nunq̃z enim placet deo, vt aliquis peccet mortaliter, immo, nec venialiter, propter quodcunq; bonum, quod inde possit procedere, quantumcunq; cedat in gloriam Dei. Quinimo valde displicet deo quia deus non vult tale lucrum, cum tali damno compensari. d. c. si dicat. et 13. dist. c. q̃d ait. Et nullus perducendus est ad salutem, opitulante mendacio veniali: quanto minus cum peccato

nõ ob fidei favorẽ pot qs bellũ mouere q̃ infideles pacifice viventes

casu mortali. vt. 22. q. 2. c. Primum est. etc. faciat homo. Et. 23. q. 5. c. cum nemo. ¶ Solum igitur favore fidei eiusmodi hominibus (idest) hyspanis in tali necessitatis articulo constitutis licitum est iure divino et humano se contra indos tueri non qualitercumque: sed cum stricto moderamine inculpate tutele, et illud ad hoc duntaxat facere, quod in terminis mere naturalis defensionis continetur, ad se ipsos, et episcopos, ac religiosos, seu predicatores fidei, et alios ministros ecclesie conservandum absque lesione iniuria, vel damno indis voluntarie illatis. Quod atque extra casum istum utroque iure prorsus eis esset denegatum: cum universe indiane nationes totius illius orbis, semper jus habeant bellandi, et iustum bellum foveant adversus nos hyspanos prout ex dictis satis apparet /.

¶ Ex quibus omnibus potest colligi claritas illius veritatis, quam nonnulli vertunt in dubium (scilicet) utrum reges hyspanie teneantur relinquere orbem illum et hyspani ab eo prorsus recedere: quando quidem tam male eo usi sunt: tum ingressu, et tyrannicis invasionibus: tum progressu (idest) iniqua, immo impia gubernatione, et pro parte affirmativa possunt adduci plures rationes. Sed dicendum, quod non tenentur reges nostri omnino relinquere prefatum orbem nisi certo modo, nec hispani ab eo recedere: quin precepto divino tenentur regna illa reges nostri perpetuo retinere: hyspani quoque obligantur eodem precepto permanere. nisi aliqui sint ita facinorosi, atque indis nocivi, quod per edictum publicum merito debeant perpetuo exilio a terris illis damnari. ¶ De regibus et communiter de omnibus hyspanis quidem, ~~quia omnis christianus~~ patet ratione communi superius assignata (scilicet) quia omnis christianus tenetur fidem iuvare defendere, et conservare. Particulari etiam ratione quantum ad illos, qui mala intulerunt gentibus illis infra. §. 38. probabitur corrol^o^ 2. de regibus aut

quod nostri reges modo non tenentur relinquere illum orbem in fidei favorem

notandum in fidei favorem

aut nris in particulari manifestum esse obligatos.
Tum quia illius orbis universalis cura imposita fuit eis a christi vicario, tum vi necessarie restitutionis, et satisfactionis ex eo, q tot in audita iniusta mala per miserunt inferre nationibus Innocentibus in terris et domibus propriis in pace degentibus. Vel quia no impedierunt ea cum possint, quibus tandem totus ille orbis Iacet vastatus. Tum propter infinita pondera auri et argenti resque preciosas, que regibus nostris, et orbe illo per sua ptuaginta fere anos obuenerunt, incomparabilis quidem precii. De hoc iterum inferius aliquid dicam.

peculiaris ratio de regibus hispanie qz a papa positi sut ad eu augum promulgandum in novo orbe

Dixi nisi certo modo pro eo q re vera Rex hyspaniarum perpetuo in hyspania existens: nullo modo potest orbem illum utiliter gubernare quin eat inuastationem, ut satis euidentia facti cernimus. Cum inter illum, et populos illarum gentium, et propter magnitudinem regionum regnorum et prouintiarum tam magna noscatur esse distantia marium, atque terrarum, pro utque plurimis, et Urgentibus rationibus in quodam nostro opere, de non alienandis oppibus a regia corona, nec vendendis publicis officiis probavimus. Et ideo tenetur Rex nr, et qdez de necessitate salutis relinquere illum orbem hoc modo (scilicet) Constituendo in qualibet provintia, vel regno, aliquem in regem de regio sanguine: qui presens recte gubernationi, et Utilitati illorum regnorum, et gentium prospitiat et fidem conseruet defendat, et pro viribus exaltet, et ampliet quem ad modum decet, ac tenetur Rex vere christianus. Habito igitur ex prede terminatis licere aliquibus hyspanis habitare, imo et teneri ad habitandum et eligendum perpetuum incolatum in indianis regionibus, in quibus (Scilicet) iam fuerint de indigenis terris ad fidem conversi aliqui, sine tamen pre iudicio, aut legione illorum Voluntarie procuratis: consequens est licere quoque eisdem in aliqua terre parte, seu talis prouintie se omnes recipere,

qum tenetur rex nr de nece salutis relinquere illum orbem novum.

instituendo pro rege alium de regio saguine.

inqua

in qua indigene minus noscuntur gravari, et furtim impri mis cum aliqua dissimulatione ad tuitionem sui, et coloniā siue loca edificare. Et ibidem huiusmodi debent sibi cibum querere, vel proprijs manibus laborando, vel comutatione cum ipsis indigenis: quod erit per facile, si pace oblata, et seruata inuiolabiliter bonis operibus et christianis exē plis, ac nonullis munusculis ex hispania omni indus= tria studuerint illos placare, animosqz sibi conciliare eorz. Quibus quidem integraliter seruatis, indigene quidem talis prouintie paulatim incipient obliuioni tradere multitudinem iniuriarum, quas ab eis receperunt, et boni, ac placati animi esse: atqz proinde licet tacite illaz partem terre, inqua se receperunt illis donare: nec non incolatum eorum etiam perpetuum approbare. Et hec quidem rationabiliter debemus presumere ex eo, qz gentes ille a toto genere naturaliter sunt pacifice, et mansuete boneqz voluntatis nemini (nisi prius receperint) inferentes malūz. Unde cum experientia cognouerint hyspanos, cum eis pacifi ce et humiliter conuersari, procul dubio non minus eos dili gent, ac si essent proprios fratres, et patres. hyspanis autem de inceps acquiritur ius comunicandi, et acquirendi et fruen di acquisitis: quecunqz bona temporalia in terra reperiant. Quod ius minime acquisitum eis hactenus fuit in toto illo orbe, prout ex dictis, et dicendis claret. ¶ Rex vero noster ex tunc potest censeri habere subditos huiusmodi probin tia, et non ante, quibus potest ea, que habet in habitu dele gare iuxta ea, que dicentur infra. §. 40.

[Margin: hec nota da[illegible] ab illis qui in nouo orbe vo lunt incolatuz]

[Margin: sicut expertum est ab illis trib9 hominibus in terra florida q sine periculo fuerunt]

[Margin: estos fueron castillo, cauesa deuaca, dorantes, mal donado q el año de 1527 se per dieron en la florida con panfilo de narbaez]

§. 37.

¶ Ex conclusis, et determinatis per conclusiones earumqz

corro

corrolaria, cum probationibus suis sequuntur alia proces ponsione ad dubium supra. §. 5. tactum.

Primum corrolm.

¶ Regibus nris castelle, et legionis dominis nris no licet (salva iustitia) sicut nec alijs regibus de mundo absqs licentia, et beneplacito regis Ynga, vel successorum eius et sic de alijs regibus illius orbis: se intromittere aut inquirere mandare de thesauris que in regnis illis sunt vel alijs rebus preciosis aut ea inde tollere.

¶ Probatur corrolm multipliciter .1. quia qs tum ad ingressu in illas regiones sine lica regum et dominorum natura lium seu populorum: non magis licebat regibus nostris (salua iusticia) qs alijs regibus de mundo: cum toto eo tempore quo nationes ille cum regibus suis dicte institutio ni non consentirent et sponte sua reges nros in vts do minos seu principes non suscepissent: nullum ius quesi tum haberent immo nec habent iure / sed solum ad rem nihil aliud nisi titulum habent: non actum sed habitu. et ad huc non plene habitum: nullam etiam iuridicam sed occupatam possessionem: vt plenissime supra proba tum est in multis locis: presertim qclon .2. per omnes illius particulas potissime per vndecimam. Et qclone .3. et corrolario sequenti et .5. qclone cum suis probationib) ergo non magis licet regibus nris (salua iustitia) sine lica regis Ynga vel successorum eius se intromittere de in quirendis vel tollendis thesauris per iussionem aut manda tum suum qs ceteris regibus de mundo. Patet qña quia seclusis institutione papali et alijs qualitatibus que ex illa

procedunt

procedunt: et q₃ tamen nihil iuuant ad rite et recte principatum illius orbis actu suscipiendum et regie potestatis exercende: sine his que ad ordinem iuris obseruandum necessario requiruntur vt in conclone. 2ª. continetur: manifestum est de regibus nris eandem rationem esseq de ceteris mundi regibus. Et sic non obstat institutio papalis sepe dicta/q sup. §. 5. obstare opponebatur q. non magis licet regibus nris salva iusticia illa facere etc/.

2ª. probatur corrolarium quia si aliquis Rex de mundo vel gens illius ingredi ad scructandum et tollendum thesauros et res alias preciosas sine regis Ynga et aliorum regum successorum eius licentia: et fortius si contra eius vel eorum voluntatem contenderent: faceret eis iniuriam et grauiter turbaret eos committens violentiam furtum vel rapinam vt supra. §. 5. fuit deductum q. similiter si reges nri eadem facere conarentur iniuriam irrogarent regi Ynga violentiam furtum, et rapinam committerent (salva celsitudinis sui reuerentia) quoniam ipsi catholici reges nostri subiecti sunt legi et rationi naturali et eterne vel divine: q₃ ceteri vt apparet in consideratione 2ª. q. etc/. Neque n. vicarius christi per dictam institutionem concedit licentiam regibus nostris vel nuncijs eorum totum illum orbem turbandi scandalizandi spoliandi et ponendi illum in odio contra religionem christianam et Christi nomine implacabili. Vt apparet in 3ª. et 4ª. consideratonibus ergo reges nri nullo modo (salva iustitia) sicut nec alij reges de mundo possunt mandare ingredi ad scructandum vel requirendum thesauros etc/. Comimmo et nuncij et a regibus nris spaniam missi: valde turbauerunt omnes nationes illas licet certe contra regum nostrorum voluntatem vt dictum est. Visum. n. e sup. §. 21. q turbat quis

furtu et rapinam committit q contra voluntatem regum noui orbis aliquid habet q.

quis alium per simplicem introitum in sua possessione eo invito. Illi reuera inuitis omnibus regibus et populis vniversis et ventus turbulentissimus terras et possessiones alienas introierunt. ¶ Turbat quis per asportationem fructum. Sic nostri turbarunt gentes illas asportando vniuersos fructus terrarum illarum nemorum montium fluminum aquarum, auri, argenti, methalorum ceterorum etc. prout supra. §. 33. improbatione 5. conclusionis apparuit. ¶ Rursus turbat quis per arationem et seminationem etc. sic nostri turbarunt et turbant vsurbando omnes terras illas non suas de quibus ad libitum quicquid placet faciunt et disponunt. ¶ Turbat preterea quis per resistentiam: ecce isti turbant et turbarunt per bella iniquissima sanguinolenta vniversos habitatores impie trucidando et quos viuos relinquunt inseruitutem redigendo. ¶ Turbat etiam quis vendendo rem alienam et tradendo emptori. Ecce omnia que isti perperam rapuerunt ac si optimo iure possiderent proprietariique essent vendunt distrahunt donant et quicquid volunt faciunt de eis. ¶ Turbat insuper qui asserit habere seruitutem in re aliena: Isti autem non solum asserunt: sed capiunt et vsurpant violenter: nec modo in rebus alienis sed ipsas in rebus alienis: sed ipsas innumeras personas veluti insignes plagiarii in amarissimam seruitutem redigendo. ¶ Turbat denique illegitimi molestias infert et in iure alieno prestat impedimentum. Sed quis vnquam precor molestias tam acerbas hominibus intulit et impedimenta prestitit alienis iuribus sicut isti. Et per bella, per captiuitates, per insultus, per orbationes per priuationes dignitatum etiam regalium honorum dominiorum iurisdictionum et omnium prorsus bonorum: per violationes vxorum filiarum et per immensas alias calamitates nostri turbarunt et hodie turbant (vt probatum est) et testis est totus mundus: et consequenter efficacissimum impedimentum prebuerunt, negentes ille

vterentur

in quibus aliquis alius dicitur turbare

vterentur pacifice omni iure quod ad se vel publice vel priuatim
per tinebat ut ex dictis est manifestum ergo iniurias irrogaue
runt maximas hispani nuncij regum nostrorum Regi inga
et alijs regibus et maxime turbauerunt ingrediendo terras illas
siue regna et loca eorum ad scrutandum vel inquirendum
thesauros vel alias res preciosas sine illorum lic^a: potissime
inuitis eisdem violentiam furta et rapinas execrabiles com
mittentes. ¶ 3º. probatur corrol^m. Reges nri hispaniarum
de necessitate iust^e et salutis obligantur vitare omniaque habita
tores prefatos possunt irritare vel scandalizare turbare, atque ad
recipiendam fidem impedire sive retardare omnemque inordina
tionem iniustitiam, scandalum vel aliud opus indebitum et non
secundum rationem aut contra iuris ordinem factum: quod
de se natum sit de fide aut christiana religione infide
libus eiusmodi sinistram vel prauam opinionem generare.
etc. ut in 5^a. consideratione late fuit probatum. Sed in
trare in terras et regna illa et inquirere aut scrutari de
thesauris et ceteris preciosis rebus et ea tollere absque lic^a
et bene placito regum et dominorum: esset contra iuris
ordinem iniustum scandalosum, inordinatum, turba
tiuum, irritatiuum, infamatiuum fidei catholice, et re
ligionis christiane impeditiuum ne infideles conuertantur,
et generatiuum sinistre ac praue opinionis de christiana
fide etc. Ergo Reges nri de necessitate iustitie et salutis
tenentur talia vitare. quia non minus est regibus nris illicitum
illa mandare aut procurare quam alijs dominatoribus de
mundo: et sic idem quod prius. Et hoc intelligitur etiam si gentes
et populi eiusmodi fidem suscepissent et sacramentis ini
tiati essent: dummodo consensum liberum non prestassent
tradendo regibus nostris illius orbis summum princi
patum quoniam ante consensum ~~liberum non~~ illorum nullam reges nri
habent intrandi per se vel per suos in orbem illum potestatem

et

et si gentes ille interim ad christum suscipiendo fidei sacramentum conuertantur. Et hec omnia satis per superiora sunt plana. ¶ 4. Deniqz probatur corrolarium vel probata confirmantur primo quoniam reges nostri nullum subditum in toto illo orbe de indigenis habent voluntarium. ¶ 2. quia tota eorum potestas est in habitu immo nondum plene in habitu.. ¶ 3. quia sunt in statu illo in quo erant quando Rome apostolice prefate institutionis littere expediebantur. ¶ 4. quia institutio papalis dormit modo et suspensa est siue impendenti permanet. ¶ 5. quia viciose ac improbe ac proinde nulliter tribuerunt hispani regibus nostris possessionem illius orbis vsurpatam. ¶ 6. demum quia omnia que a principio per hyspanos per totum illum orbem gesta sunt vsqz in hodiernum diem inclusiue viribus Caruere atqz sic remanserunt prorsus inania /.

possessio illius orbis vsurpata

§. 37

¶ Ex precedente corrolario et illius probatione sequitur aliud.

Corrolarium 2.

¶ Omne aurum argentum / lapides preciosi vniones margarite / gemme quodcunqz aliud methalum et queqz res alie preciose: que subter terram vel subaqua siue super hyspani habuerunt á tempore quo ille orbis fuit detectus vsque modo nisi quod incole a primordio prefate detectionis

anteqz

anteq̃ ab hyspanis recepissent mala illis vel dono siue gratis dederunt/ aut ratione commutationis facte in aliquibus locis voluntarie) totum fuit raptum/ iniuste vsurpatum et male ablatum et per consequens furtum vel rapinam commiserunt hispani et obnoxium fuit et modo est restitutioni. ¶ | omnia q̃ extrahūtur obnoxia restitutioni.

¶ Hic non loquimur de raptis per bella et violentas inuasiones que vel reges et domini aut priuate persone habebant in bonis quia de his quis poterit dubitare fuisse inique ac tyrannice ablata et obligata ad restitutionem: nisi sit bestialis homo. Sed intelligimus in hoc corrolario de his rebus preciosis que in auri et argenti fodinis et de ... ri aut fluminibus industria hyspanorum extrahebantur. | q̃ de mineralibus extrahuntur rebus durissimus licet autoritate creatione corroboratum

¶ Probatur corrolarium quia omnia illa dominium et dominos habebant et modo in multis locis habent proprios videlicet reges et principes prouintiarum: vel ipsi populi et communitates: vel alique persone particulares in quarum agris vel predijs aut solo illa inueniuntur ergo sine licentia principis vel magistratus aut ipsius populi vel domini: nulli fuit licitum illa inquirere tollere aut asportare. ergo fuit raptus et iniuste. ergo fuit raptum et in iuste vsurpatum etc./ | Valde notandus

Antecedens patet per ea que in prima consideratione disputata et probata fuerunt. §. 5. et. 6. vbi ostensum est totum illum orbem qui est in altissimo mari Occeano et regna que continet et omnia que in eis sunt ad nullum hominum aut gentium de mundo pertinere nisi ad eiusmodi indianas nationes et reges suos cum omnimoda iurisdictione de iure naturali et gentium confirmatum per ius diuinum vetus et nouum ergo illa omnia que corrolarium continet habuerunt et habent proprios dominos.

¶ Consequentia vero prima. probatur. Tum quia nulli licet termi

nos

post divisiones provintiarum non licet trans gredi terminos etc.

nos alienos transgredi vt dr̃ proverb. 22. post rerum e
provintiarum divisionem seu distinctionem. Vt. l. ex hoc
iur. ff. de iusti. et iur. ibi distincta sunt regna. Quia li
ante divisionem provintiarum et regionum erant
omnia communissima: post divisionem tamen facta
sunt non tam communia sed publica idest pertinentia
ad quemlibet populum vel nationem que prius illa occupa
uit. Vnde non ita sicut ante remanserunt comunia
omnibus nationibus: sed primo ea occupanti nationi et
menbris eiusdem. Vt expresse probatur insti. de rerum
diui. §. fere. ibi. quod.n. ante nullius est: id naturali
ratione occupanti conceditur. Et ff. de verbo signi. l.
inter publica. cum ibi notatis. ¶ Cum quia nulli licet
alium turbare aut irrogare iniuriam: multo minus rege
Vel totam vnam ciuitatem aut comunitatem. Turbat.n.
quis et in iuriam facit (vt in precedenti. §. apparuit)
per simplicem introitum in fundum alienum aut domum
sine licentia domini etsi aliquid ex inde tollit presertim
preciosum multo magis vt patet. ff. de serui Rusti. pred.
. l. diuus et. ff. de usu. fruc. lega. l. heres. et. ff. si serui ven
dice. l. siculi. §. Aristo. in quibus legibus prohibetur intrare
agros vel fundos alienos aut aliquid de eis subtrahere. aut
facere sine licentia dominorum sed intrando in regnum alie
num maxime cum exercitu et inde aliqua potissimum p reag
Subtrahere ~~aut facere~~ absque regis vel populi licentia in iuriam
facit et turbat ipsum regem et totam regni comunitatem vt su
pra. §. i. et ex aliis multis supra patet ergo ~~talis~~ illicitum
facit. ¶ Nostrates autem sine licentia vel regum vel populorum,
imo contra illorum voluntatem violenter rapiendo, occi
dendo trucidando deuastando / cede / incendiis proprios do
minos (scilicet gentes illas / reges eorum et omnes populos: spolia
runt

runt dominijs, iuris dictionibus, dignitatibus, terris, ne
moribus, montibus, campis, fluminibus, aquis mari
um mineralibus seu venis auri et argenti et ceteris
omnibusque in illis nascebantur et natura progenuit ad
communem necessitatem, ornatum sufficientiam et utili
tatem boni communis unius cuiusque regni vel comuni
tatis et solatium indigenarum ut supra. §. 33. improba
tione .5ᵉ. conclusionis apparuit: et ex eis infinita pondera
auri et argenti et margaritarum et gemmarum et alia
rum rerum preciosarum usurparunt et asportarunt
.9ᵒ. omne aurum, argentum et queque preciosa etc.
que per totum predictum tempus habuerunt nostrates
rapta fuerunt et iniuste usurpata et male ablata.
Et per consequens furtum comiserunt rapinam et maximā
tyranidem. Utraque pars huius sequele supra. §. 3. impro
batione cuiusdam conclusionis et insequenti apparet clara.
¶ huius sententie fuit doctissimus magister frater domini
cus de soto. in de iustitia et iure. lib. 5. q. 3. arᵒ. 3ᵒ. argū. 2ᵒ.
in quadam dubitatione. An liceat cuicumque unius natio
nis ad aliam quesitum aurum peregrinari. Apparet n.
id unicuique eadem ratione liceret: Scilicet qua lapilli in
litore maris inventi fiunt iure gentium inventoris:
postquam littora iure gentium manserunt comunia.
Respondet hoc duntaxat iure non esse omnino lici
tum nisi incole ipsi consentirent aut pro derelictis eosdem thesauros haberent. Nam regiones iure
gentium divise sunt. Et ideo licet gentibus illius re
gionis sint res ille comunes tamen non possunt ad
vene incolis invitis easdem res usurpare. Neque n.
vallent galli hac de causa ad nos penetrare neque nos
ad illos ipsis invitis hec ille. Addo ego an serenissi
mus rex noster philipus patienter substineret et etiam

regnum

regiones iure gentium sunt divise

regnum Castelle q̄ Rex francie vel eiusdem regni regni galli venirent sine licentia sua penetrando usq3 ad argenti fodinas de Guadalcanal vel loco alia et inde colligerent argentum vel etiam aurum aut cetera preciosa. Et si de facto intrarent tenerentur nec furti aut rapine si violenter. Item facerent iniuriam et turbarent regem hispanie. Rursus rex hyspanie tunc dormiret manu super manum credis q̄ non proculdubio /.

argumentum sumatur de illis quorum in terra florida contigerunt / ubi sunt interfecti. 800. homines galli eo quod invito rege castelle ibidem voluerunt habere incolatum.

Ex his oritur aliud corrolarium.

Corrolarium. 3m.

Omnis pars terre campus montes agri nemora flumina inquibus hyspani edificaverunt civitates villas et loco construxerunt edificia et habent fundos / prata / pasqua / vel agros compascuos ubi pecora et armenta sua (si tamen sua sunt) pascuntur usurpata et iniuste habita sunt ab eis et tyrannice possessa et nisi restituant proprijs dominis vel comunitatibus aut particularibus personis salvari non possunt. Nec relevat eos vel excusat q̄ catholici reges vel gubernatores quos illic mittunt vel donat vel concedit licentiam capiendi terras et agros campos montes etc. Et quicquid edificaverunt et plantaverunt cedit solo et soli dominis /.

omnia pascua habet hyspani usurpata in novo orbe.

non excusantur q̄ gubernatores concedunt.

Prima pars huius corrolarij satis apparet ex. 2o et ex. 1o corrolarijs et ex alijs precedentibus: tum. 1a quia sine licentia regum naturalium et suorum populorum immo contra om

nium

rium illorum voluntatem per vim et hostiliter: cum iniurijs et per
turbationibus et irreparabilibus damnis et malis ingressi sunt
terras illas alienas et predicta occupaverunt et hodie non cessat
occupare proprijs dominis et possessoribus naturalibus perperas
spoliatis vt ex dictis et probatis super abundanter apparet.

las cavallerias de tierra so obligados a restitucion

¶ Tum. 2º. quia nunc permanens et actualis est hyspanorum
tyranis qua gentes omnes illas opprimunt et consumuntur. ¶ Tum
3º. quia ius belli hostes suos hyspanos persequendi occidendi et
nomen illorum de terra delendi est apud populos illos perpetuum
vt. §. 29. in probatione corollarij ibi positi probatum fuit. Ex qui
bus manifeste ostenditur semper gentes illas odio perpetuo meri
tissime hyspanos habere ac semper se et sua inuitos ab eis detineri:
et per consequens nocte ac die cogitare de illis expellendis et iugo tyra
nico et intolerabili eorum a se excutiendo. Quod millies et centies
millies per diversa loca opere ostenderunt dum nisi sunt re
bellare vel insurgere contra eos: quamvis id assequi aut perficere
non potuerint quia inermes nudi: quia imbecilles atque belli
respectu nostratum non experti.

ius belli q̃ hispanos p̄petuũ apud indos

¶ Tum. 4º. quia omnia que
gesta sunt per hyspanos nulla semper de iure fuerunt et nulla
sine viribus carentia sunt. Vt pote facta per tyranos contemp
tu per ipsos iuris naturalis et diuini ordine. De quibus omni
bus satis supra euidentia facta est diversis in locis. ergo omnia illa
que corollarium continet vsurpata et iniuste habita et tyranice
per hyspanos ~~vel excuset quod reges nostri~~ possessa.

õia facta per hyspanos sũt iure nulla vt pote p̄ tyranos facta

Et quod salvari nequeant nisi restituant illa patet: quia non dimittitur pec
catum nisi restituatur ablatum vt. §. 3. probatum est.

no pont salvari nisi restituant tierras et ualia q̃ vo.tes m dozes vsurpata

¶ pars
secunda corollarij scilicet quod non releuet hyspanos excuset quod reges
nostri concedunt licentiam capiendi ea vel faciat gratiam
de eiusmodi rebus etc. probatur quia nullam iurisdictiones
nullam regiam potestatem Reges nostri habent in toto illo orbe
indiarum in actu vt in fine. §. 29. conclusum fuit. Tum. 1º. quia
nemo regum nec aliqua particularis persona recepit hac

no tiet los q̃ tiene caballerias o estancias en cõtra dicion de los pueblos

temus

tenus rite ac recte reges nros in dominos et principes
Vniuersales: nec consensit unqz prefate papali institution
Vt patet .§. 31. 4ª. conclone cum eius probatione. ¶ Tum 2º.
quia non est maioris efficatie dicta institutio papalis de regib
nris quam fuit electio Dei de saule et Dauid primis regibus
in populo iudeorum. Sed electio Dei non sufficit sola sine cons
su et acceptatione populi: ad hoc qd prefati reges haberent ius
regno illo idest exercitum regie potestatis et esse iurisdictionis: et
qns non fecerunt gratiam aliquam nec facere potuerunt cum
carerent iurisdictione actuali et regie ptatis exercitio: neqz
in aliquo de regimine aut dispositione populi se occupauer
Vt .§. 18. et. 19. ostensum fuit euidenter. g. nec institutio
papalis prefata sola sufficit nec sufficit sine populorum cum
regibus suis illius orbis consensu et acceptatione ad hoc qd ha
beat ius in eo et exercitium iurisdictionis vel regie potestatis
et per qns nostri non se potuerunt occupare de regimine
aut dispositione illorum populorum nec de aliqua gratia hyspanis
facienda potissimum in preiuditium tam notorium illarum gentiu
¶ Tum 3º. qr vt in qclone 3ª. et in eius probatione clarum mons
tratum est incliti reges nri solum titulum habet ad regna ill
idest causam acquirendi dominium vel summum principatum
illius orbis seruatis iuris ordine et debitis circunstantijs quem
qclone 2ª. numerata sunt. hoc est dicere qd solum habent
ius ad regna illa carentes omnimoda iurisdictione actuali co
ercitiua saltem: et circa preparatoria duntaxat posse intende
Vt ex dictis superius apparet. ¶ Tum 4º. quia sicut in sequenti
corrolario post 3am conclusionem cum sua probatione declaratu
est: principatum et regiam ptatem habent in habitu reges nri
duntaxat: et ad huc non plene in habitu purificato: purifi
cando tamen qn ea que 2ª. qclo habet impleta fuerint. ¶ Tum
5º. qm reges nostri prout in qclone 5ª. cum sua probatione fuit
etiam determinatum qrtum ad dominium et iurisdictionem actu
lem

[Margin note: no potuerunt reges hyspanie aliqn concedere gras q vte indorum/.]

lem atq; iuridicam possessionem siue regie potestatis exercitium: modo sunt et semper fuerunt in illo statu: in quo erat qn Rome facta fuit eorum promotio siue institutio. ¶ Tum .6. et illius probatione apparuit: sepe nominata institutio de regibus nostris mansit suspensa et impendenti et modo est a tempore quo hyspani nri terras illas perperam ingressi sunt: et talis permanebit donec tyranis q continua est cesset et satisfactio de damnis vel remissio voluntaria fiat. Juxta dicta superius. §. 35. ¶ Tum .7. quia nullam iuridicam reges nostri ~~terras illas perperam~~ habent possessionem. sed improbam et usurbatam propter malitiam et tyranides hyspanorum vt supra. §. 33. conclusum est. ¶ Tum .8. quia omnia que gesta sunt per nuncios vel offitiales regum nostrorum regio nomine: quatum ad ingressum et progressum fuerunt omni effectu iuridico nuda vt late adqs manifeste probauimus. §. 34. in .9. probatione .5. conclusionis. ¶ Tum demum .9. quoniam et si reges nri habuissent actu omnimodam iuris dictionem nec non liberum exercitium regie potestatis: non potuisset concedere tam amplas gratias in preiuditium tam enorme terras illas inhabitantium et propriorum dominorum earum quemadmodum ea que vsurpata hyspani habent. Nam princeps non potest disponere ad libitum de substantia subditorum nec aliquid agere in preiudicium populi ipsius consensu non requisito vt no. Innocen. et alij. in c. que in ecclesiarum. de constitu. et per legistas in l. fi. C. si contra ius et vtil. publi. et in c. inquisitioni. de sen. excom. per Inno. et c. Quanto de iur iur. per panor. q. non relevat vel excusat hyspanos in hisque tyranice occupauerunt scilicet partibus terrarum, campis, nemoribus, pascuis etc. quod catholici reges nri gratiam de eiusmodi fecerint aut licentiam dederint capiendi ea: vel etiam eorum gubernatores. Nec obstat. l. bene a zenone. C. de quadrie. prescrip. vbi

nulla habet iuris dictionem possessionem reges nri in novo orbe sed usurbata

omnia que facta sunt in novo orbe per regis ministros quoad ingressum et progressum fuerunt nuda omni effectu quod probatur

Ubi donatio principis de re alterius conualidatur quadrie
no elapso adeo q dominus rei amplius non auditur
licet is cuius res est pot agere ad precium contra fiscum. Sed
reuera non obstat. d.l. bene a Zenone. in his que sunt rapta
contra legem nature quia sunt nulla: nec pot princeps illa
reualidare cum nihil possit contra regulas rationis vel ius
nale: cui sicut ceteri homines subijciantur vt patet in. 2.
consideratione. Nec valet etiam si dicat supplentes omnem
defectum vt in clementina: pastoralis. de re iudi cum ibi no.
Nec tolerantia principis iustificat actum qz tocunqz tem
pore in his que non sunt qresibilia sine iuris approbatione.
Vt in simili dicit Geminia in c. licet de preben. lib. 6.
Item non habet locum d.l. bene a Zenone. qr princeps
non possidet rem vel alienatam vel concessam secundum
Barthol. in d.l. fi. C si contra jus vel vtil pub. Idem
alienat ante traditionem secundum bal. in c. 1. §. fi. de noua.
for fideli. Reges autem nri nec possessionem iuridicam
habent: sed contra omne ius (vt est probatum) nec illarum rerum
nec aliqua pars illius orbis tradita est eis rite aut recte. Pretor
.n. non tuetur iniquam possessionem. ff. de public. l. cum sponsus
§. si res. Ultima vero pars videlicet q quicquid edificaue
runt hyspani in terris illis perdant et cedat solo et dominis
locorum probatur. Tum 1°. quia edificium regulariter cedit so
lo vt insti. de rerum diui. §. cum autem in suo. Tum 2°. qr
edificans in alieno solo scienter et mala fide sicut isti perdit
partem rei sue scilicet materiam si eam posuit Et dicitur de
linquere. insti: de re diui. §. si quis rei. ff. de rei ven. et pot
destrui propria autoritate domini soli. Bartho.
et docto. in l. sed si intra. ff. de serui. vrba. predi.
et in l. quemadmodum. ff. ad l. aquil. §. 1. Et edifi
cium debet tolli sumptibus illicite edificantis specul.

. de ces.

q leges nature nō pot rex agere

tollerātia principis nō dat ius in his q nō sut qsibilia si ne juris approba tione.

rex hyspanie non habet possessionem iurisdicionem cōtra de ius.

edificium regulariter cedit solo

q scienter in alieno solo edificat pdit mām et delinquit et pot destrui ppria auctē dnī soli

decres. ac. §. 1. verb. Ut autem et sic patet 3.^m corrol^m.

§. 38.

Corrolarium. Quartum.

Reges nostri catholici non potuerunt constituere hispanos barones / duces / vel marchiones submittendo eis ciuitates vel loca alia siue homines de incollis in uasallos vel subditos vel infeudatarios aut aliquo alioquocunque subjectionis modo: et quecunque provisiones huiusmodi antehac facte: fuerunt nulle et inualide. Titulis autem duntaxat nudis bene poterant quos voluissent hyspanos honorare: quoniam per nudos titulos non videntur indigenis fieri nec eorum regibus aliquod preiudiciale /.

invalide prouisiones de marqueses y adelantados si asido mas titulos.

Probatur corrol^m ex rationibus inductis ad probationem vtriusque partis precedentis corrol^ij. Et adduntur alique alie. Tum 1.° quia reges nostri nondum habent regna et populos illos actu in sua potestate ergo non possunt hyspanis donare: quia nemo dat vel pot dare quod non habet. l. filius. C. de dona: secundum bartho. in l. obseruare. et bal. ff. de offi. procons. Vel nemo potest plus iuris in alium transferre quam ipse habet. ff. de regu. iur. l. nemo. et ff. de acqui. re. do. l. traditio. et de dote. post. diuor. c. nuper. Et pro non dato habetur quod ab illo datur / qui non pot de iure donare. vt in c. quod autem. de iure patro. et C. qui prosua iur. l. vna. non obstat. d. l. obseruare. vbi consul antequam intret prouintiam committit causas ex iuris dictione quam habet in habitu subditis existenti in eadem prouintia quod est actus iuris dictionis voluntarie:

quia rex hispanie non habet actu in sua potestate populos indorum noui orbis no pot donare hyspanis

tum

tum quia reges nostri iurisdictionem non habent in habitu plene purificato: et ideo nec iurisdictione uti possunt voluntaria vt. §. 30. et. 29. et sepe dictum est. Tum quia nec territorium nec subditum in toto illo orbe habent vt supponimus et supra demonstratum est. ¶ Tum. 2. probatur corrol[m] quia fecerunt ~~maximam~~ iniuriam et iniustitiam et damnum ~~commissi~~ enormissimum reges nostri regibus et principibus illarum gentium: spoliando eos suis statibus et dignitatibus iurisdictionibus et suis hominibus siue subditis populis: et subigendo eos quibusdam hyspanis preci puis tyranis humilis conditionis imo vilibus hominibus, et sic eorum ditioni: quos propter scelera sua ingentes illas innocentissimas commissa: sub specie fortitudinis et grandium ac preclarissimorum facinorum sibi oblata: ad marchio natus vel presulatus dignitatem sublimarunt: cum potius et dignius ~~dignitatis~~ mererentur quod iussu regum nostrorum in foro apparerent per frusta trucidati ad quod etiam iubendum ipsi reges nostri de necessitate salutis tenebantur. ¶ Tum. 3. quia ipsos populares et seruitute pessima damnarunt Reges nostri cum essent liberi contra rationalem naturalem marchionibus et presulibus donando predictis. ¶ Tum. 4. quia secundum barthol. violento occupatori ciuitatis vel prouintie si princeps concesserit ciuitatem vel provintiam violenter occupatam: non valet concessio vel confirmatio vt. l. meminerim. C. vnde vi. et ibi barthol et baldus in l. de cerrimus. C. de sacro sanc. ecclie. etiam confirmat idem dicens: quod inuadentibus castra pertinentia ad iustos dominos non possunt illa castra concedi per principem: siue inuadentes sint priuate persone siue singulares: siue sint communitates vt. l. 2. C. de fundi et salti lib. 11. vbi hoc no. hec bal. Ecce quam clare omnes impugnant hanc tyrannidem. Manifestum enim est illa castra illas ciuitates:

[Margin: tenebatur reges nostri illos pro agressores hispanos suspendere ob iniurias illatas et furta et rapinas quibus noui orbis habitatores tantum ab est vt sint premiandi l.]

[Margin: Si princeps concedit ciuitatem vel prouinciam violenter occupati concessio non tenet.]

tates Illas prouintias et loca alia pertinere ad iustos dños:
Et tamen inuasa et occupata iniquissime fuisse per illos
violentos tyranos ergo non potuerunt reges nostri eisdem
nec alijs concedere nec concessio facta aliquid valuit.
¶ Tum. 5°. quia si Saul et David electi et vncti adeo re
ges non sunt ausi eo toto tempore quo principatum illius
regni habebant in habitu (quia certo sciebant esse de Dei
Voluntate) nec sibi tribuere aliquid regie potestatis in
actu: nec committere aut donare quicquam alteri: procul
dubio reges nostri electi et instituti a summo Christi vicario:
nec pro se nec pro alio de huiusmodi exercitio in actu nullo
modo debuerunt, nec potuerunt (nisi vt supra decisum
est) se occupare. Sed nimirum regie persone quos plurimi
errores qui passim circa indianum hoc negocium contin
gerunt nonsunt imputandi: Sed regali senatui qui rem
hanc importantissimam et periculosissimam tenebatur
scrutari cui non licet Ius ignorare: Ideo eos non excusa
uit nec excusabit ignorantia etc. Paria. n. sunt quod
ad reatum culpe et penam scire vel debere scire

Senatores non excusatur qui tenetur causam scrutari et non licet ignorare iura

~~in c. sicut pe de in iure~~ Corrol^m .5.

¶ Non potuerunt reges n(ost)ri mittere gubernatores aut Vice Reges siue magistratus nec curias (sive ut vulgo dicit[ur] audientias regales) aut iudices alios vel ministros ad iusti[-]tiam administrandam. Unde quos hactenus miserunt iudicium habuerunt usurpatum et quicquid iudicatum aut gestum fuit per eos de iure non valuit.

¶ Probatur corrol^m quantum ad .1.am partem per rationes adduct[as] ad probationem precedentis corrol^ii presertim per prima[m] et latius per corrol^m .3. q(uaesti)onis et illius probationem. §. 29. et 30. videlicet quia reges n(ost)ri nullam habent iuris[-]dictionem in actu nisi in habitu non plene de presenti ad purificando ex actibus futuris scilicet consensu et acceptatione voluntaria regum et populorum illius orbi[s] et ideo non possunt et illud quod in habitu habent committe[-]re exercendum intra territoria et districta indorum: q[uia] nec territorium habent nec subditos ut pluries probatu[m] est: licet potuissent committere habitum iurisdictionis si plene purum habitum habuissent existentes extra terri[-]torium subdito existenti in eodem non tamen exer[-]citium actus iurisdictionalis quia nec ipsi exercere va[-]luissent ergo non potuerunt nec possunt reges nostri

notandum — mittere vel ponere vices reges gubernatores presides/iudi[-]ces/magistratus siue audientias regales etc. patet q(uonia)m per l. obseruare insti. ff. de offi. proconsu. et lega. ubi dicit[ur]

q(uod) no(n) habet iuris[-]dictionem no(n) p(otes)t alteri committere/ — est .n. perquam absurdum: antequam ipsis iurisdictionem na[n-]ciscantur alii demandare. Et proprius et districtius pr[o-]batur per capitulum Romana de appel. lib. 6. ubi per tex[tum] illum in. § cum aut. Patet archi episcopum qui iurisdictio[-]nem

rem habebat non plene in habitu non posse de putare offi
tialem in decisionem sui suffraganei super apellationibus inter
ponendis ad eum. Quia iurisdictio etiam in habitu adhuc
ei non competebat stante interpositam appellationem qd
erat actus qui deerat ad hoc q habeteret iurisdictionem
~~quod erat~~ in habitu plene de presenti purificato ergo eius
modi iudices vel vices reges. etc. / Ergo eiusmodi vice reges
~~iudices~~ presides / gubernatores audientie regales etc. / Iudi
cium habuerunt et modo habent usurpatum que est 2a. pars
corrolarii. Que probatur quia de putati sunt vel positi a
non habente iurisdictionem vel potestatem: et in iurias
et offensam regum et dominorum naturalium in quorum
ossibus iurisdictio illius orbis est complantata. Namqui
cumque in alieno regno vel provincia contra voluntatem
principis vel magistratus illius presumeret iurisdictio
nem exercere: invasor est iuris alieni et in iuriam fa
cit regi aut principi talis regni magestatem illius
continens: ac per qns contraeum manu armata usque
ad internitionem pot occuri et ei tanque hosti alieni
regni violatori et invasori usurpatori atque tyrano
resisti argum. l. decernimus. C. de sac. san. eccle.
et. l. mercatores. C. de conuer. et merca. et. 9. q. 2.
.c. 1o. 2o. et 3o. Sicut .n. dominia rerum de iure gentium
sunt distincta .1. dist. c. Jus gentium et ff. de iusti.
et iur. c. ex hoc / iure. ita et iurisdictiones per re
gna principatus provintias sunt distincte singulis
ipse regibus / ducibus / sive magistratibus super minis
~~tranda~~ iustitia deputate per quos iura regantur. ff.
de origi. Jur. l. post originem. §. 2. Istis scilicet
regibus ducibus. etc. specialiter prohibetur ipso nali
iure vetante: nec alterius iurisdictionem usurpet
vel

Senatores et p reges habuerunt et habet in usurpatum iudi tium in novo orbe

quia iurisdictio e apud reges no vi orbis q eorum bene placitus nullus ibi pot exercere

iurisdictiones divise per regna et provintias.

qlibet suis termi nis sit contentus.

vel violent: sed suis terminis sint contenti vt.6. q.3. c. scrip
tum. et.c. seque. et Deut. 19. non assumes et transferes ter
minos proximi tui quos posuerunt priores et prouerb.22.
et de offi. lega. c. nouit. et in clemen .1. d. foro cope.
¶ Et iura per principatus et regna iurisdictiones hac
ratione diuiserunt vt publicum bonum promoueretur
per rectores officiorum gereretur administratio singu
lorum. Neque enim aliter (dicit textus) humani gene
ris conseruatio alia poterit ratione subsistere: nisi
huius magna causa differentie ordo seruaret vt legi. et no.
89. dist. c. ad hoc. Si enim quilibet rex vel iudex de
omnibus regnis et gentibus causis et personis possit cognos
cere non habita distinctione propriorum regnorum
et alienorum personarum vel locorum: resultare
ex hoc non solum iurisdictionum confusio verum et
mundus totus scandalis et dissensionibus et bellis con
sumeretur. 3. q. 6. c. vltra prouintiam et.c. vnaqueque.
et.6. q.3/4. c. scriptum. et .11. q. 1. c. peruenit. Quelibet
prouintia et regnum mundi naturaliter desiderat suam
iurisdictionem qua tuentur se communitates hominum
in suo esse formali politico. Et iurisdictio suum et pro
prium desiderat territorium. l. fi. C. ubi et apud quem.
per bal. in l. 3. ff. de offi. presid. ¶ Terminatur namque
iurisdictio territorio idest terminis vel limitibus ciuita
tis / prouintie vel regni vt in l. fi. ff. de iuris. om. iu.
§. extra territorium siue extra terminos vniuscuiusque
prouintie / ciuitatis vel regni: quicunque rex magistra
tus rector vel iudex spiritualis vel temporalis aut secula
ris persone sunt priuate et non publice (idest) nullum
habentes iurisdictionis exercitium. perinde ac si essent
mortu

Extra territorium non est iurisdictio.

mortui vt in. d. c. nouit. de offi. lega. et. c. fi. ibidem. et. d. l. fi. ff. de iur. om. iu. et. c. licet. et. c. gratiam. et. c. in litteris de offi. delega. et propterea dicitur in. d. l. fi. q extra territorium cuilibet excedenti metam sue iurisdictionis impune non paretur: idest nemo incurrit penam si tali iudici non obediat. Idem habetur in. c. 2 de consti. lib. 6.

¶ Quod autem nihil valeat de iure quicquid gestum aut judicatum per illos fuit est aut in futurum factum fuerit: non solum quantum ad ea que incolas concernunt (de quo dubitabit nemo nisi luminis naturalis expers) verum etiam iudicia vel sententie late per ipsos inter hyspanos et omnia quecunque fecerint: nulla proculdubio erunt vt euidenter probatur per. l. decernimus. Cum ibi no. C. de sacro. san. eccle. et. C. si a non compe. iudi. perto et in. c. at si clerici de iudi. et. 9. q. 2. c. Episcopum duo. l. 4 cap. seq. nec aliqua temporis longinquitate confirmantur. Nam longinqua vsurpatio non facit jus. 93. dist. c. Illud. et. 100. dist. c. contra morem. 24. q. 1. c. Schisma. de simo. c. cum in ecclesia. et. 1. q. 1. c. principatus. Et ratio comunis est: quia sine licentia et bene placito regum et magistratuum illius orbis: non potuerunt nec poterunt citra injuriam jusdicere etiam inter hyspanos regibus nostris subditos: cum sint in territorio alieno et sic priuate persone. Nisi actus illi iurisdictionales ad defensionem indorum et pro iustitia eis administranda super injurijs et grauaminibus ab hyspanis receptis fuerit ordinatus. Tunc enim tales actus erunt validi: quia rationabiliter debemus credere, q reges et magistratus indorum libenter prestarent ad efficiendos tales actus in suum fauorem totam iurisdictionem suam: et authoritatem. facit in argumentum presidentes de sent. excom. lib. 6. vide in seq. §. hec omnia etc. hec omnia satis dilucide apparent

Purissima verba

notabilia

supra

supra. §. 34. in .9. probatione. §. 9clonis et in aliis locis huius tractatuli nostri.

§. 39.

SAne circa predeterminata est adhuc nobis consid-
randum q dum reges nostri sunt et fuerint in statu de q
9clo. §. cum suis probationibus tractat: dupliciter se possun
habere de iure (quicquid hodie de facto fiat) circa habitu
potestatis et iurisdictionis que (ut diximus) habent. Uno
modo quantum ad incolas prefati orbis qui modo sunt iam
sacris misteriis initiati et alio modo respectu eorum qui
nondum effecti sunt christiani. Et quidem respectu incolarum
qui iam receperunt fidem et sunt baptizati quia iam sunt intra
ecclesiam et subditi Romano pontifici quantum ad spiritualia:
ita q habet in eos iurisdictionem plene in habitu: et per quas
habitum illum videtur christi Vicarius per dictam institutio-
nem transtulisse in quantum huiusmodi in reges nostros qua ips
constituit suos delegatos quia potuit eis concedere quod habun
cuius ipsi sunt capaces / et omnia que necessaria erant ad ex
ditionem aut explicationem predicationis euangelice et conv
nem ac manutentionem in fide suscepta incolarum: ut pr
batur per. c. preterea. de offi. delega. cum sua materia et
.2. ff. de iuris. om. iudi. et. l. qui procuratorem dat. ff. de e
cura. Ideo reges nostri habent habitum illum plene puri
ficatum de presenti quantum ad explicationem prefatam. Un
imminet regibus nostris cura per provisionem presentu
tionem missionemque prelatorum predicatorum et minist
rum ceterorum ecclesie illos in fide suscepta conservandi
et cetera faciendi que sunt iurisdictionis voluntarie idest
fori

ecce quod pot rex hyspania rum licite modo in novo orbe circa ministros spirituales

fori voluntarii absque aliqua coertione. Et quoniam iam ha
bent ibi subditos in habitu ratione predicta: possunt
subdelegare illaque ipsi reges nostri habent in habitu
eorum alicui qui sunt de illis nouiter effecti xpiani
scilicet vt sui generis alios qui nondum christum per
fidem et baptismum induerunt exhortentur ad ipsam
fidem suscipiendam christianam. Ceteros vero perseve
rent in bono incepto et similia alia que sunt iurisdictio
nis voluntarie. Possunt .n. Reges nostri ea subdelegare
tanquam principes id est summi Christi vicarij delega
ti quia simpliciter habent a lege quod possint delegare vt
in.c. Pastoralis et.c. fi. de offi. delega. et.c. cum causam
que de apella. et.c. de iudi. l. a iudice. et. C. qui pro sua
iuris. l. vnica. ¶ Quod si reges vel domini naturales per
misissent proprio beneplacito aliquem vel aliquos hyspa
norum in territorio sue iurisdictionis et dominij demorari:
poterunt catholici reges nostri committere vel delegare eis
dem eadem. ¶ de peccatis autem iam conuersorum ad
fidem puniendis quecunque et quantumcunque sint grauia vel
contra ipsas suas respublicas commissa vel in personas par
ticulares seu priuatas non pertinet ad reges nostros cu
rare nec committere aut delegare possunt ex defectu iuris
dictionis coercitiue aut contentiose id est fori contentiosi:
cum exercitium regie potestatis non habeant: quousque
gentes et populi illi per proprium et liberum consensum
ditioni sue se submittant predictam institutionem papalem
approbando et acceptando prout abunde in superioribus
manet probatum. Habent .n. nationes ille suos et pro
prios iudices reges et magistratus cum plena iurisdictione
et regia potestate: quibus stant vel cadunt. Tu (inquit
apostolus) quis es qui iudicas seruum alienum. domino suo
stat vel cadit ad Roma. 14. Illi. n. de illis habent iudicare

iurisdictionē voluntariam habere pont circa iam conversos ad fidem l.

nisi

nisi per hyspanos de facto impediantur. Quia vero summus Christi vicarius autoritate apostolatus sui pot de quolibet peccato mortali corrigere ac punire quemlibet christianum vt in c. noui de iudi. cum sua materia. Ideo putarem non absurde posse dici q in casu quo reges et magistratus indorum negligerent punitionem publicorum criminum in suis communitatibus: possent reges nostri habitum illum ad actum reducere non sua sed autoritate apostolica puniendo illa crimina preuia tamen rationabili et pia exhortatione ad Reges illorum vt illa puniant. Veruntamen quia supponimus reges nros esse de iure per nuncios suos extra proprium territorium imo existere in alieno scilicet illarum gentium (vt pluries ostensum est) ideo possunt habitum illum temporale ad papam in tali casu spectans alicui de iam conuersis vel de hyspanis modo et ratione dictis iuxta ea que. §. 30. determinata fuerunt delegare sed in ao hoc maxime cauendum est scandalum quod facile oriri poterit ex hac licentia. 1. ad Corinth. 8. et ad Roma. 14 Sed ponderanda sunt omnia sm ea que statim dicentur.

iurisdictio voluntaria q sit

¶ Est aut iurisdictio voluntaria que inter volentes redditur tantum quia per eam non possunt coerceri nisi velint vt in l. omnes. ff. de offi. proconso. et no. in c. per venerabilem ex qui fil. si legi. et c. sicut ex ne cleri. vel mona. et in c. nouit. de offi. lega. et extendit se ad forenses dummodo consentiant vt. C. de emancipa. liber. l. 1. et in c. fi. de ferijs. et bar. et bal. et alij super d. l. omnes. Cuius actus sunt adoptare emancipare contractus inire etc. in quibus cause cognitio non requirit vt. C. de ferijs. l. actus. ¶ Quod si a fide suscepta (quod absit) contingat istos nonnunq declinare: iudicibus ecclesiasticis auxilium brachij secularis petentibus: possunt

iurisdictio voluntaria ad forenses se extendit si consentiant.

sunt

sunt et debent Reges nri habitum illum deducere quo
dammodo ad actum imo tenentur opem scilicet ferendo:
non quidem tanqz iudices iurisdictionem inactu habentes.
sed tanqz ministri ecclesie catholici in fidei favorem. ut
in. c. excomunicamus el. 2. §. moneam dehere. et in. c. pre
sidentes eo titul. lib. 6. cum ibi no ubi. patet q potestas secu
laris et si non habeat iurisdictionem nisi de facto: tenetur
ad requisitionem iudicium ecclesiasticorum contra hereticos suas
prestare potestatem. ¶ Quantum vero ad eos incolas illius orbis
qui nondum nomen christi sunt professi ex huiusmodi habitu
cum non habeant illum reges nostri de presenti purificatum
idest perficionatum: nihil penitus incumbit regie celsitudini
agere circa eorum peccata quantumcunqz gravia vel idolatrie
vel in naturalia que intra terminos sue infidelitatis districti
aut iurisdictionis comittere vel comisisse reperiantur: nisi
prouidere qz diligentissime ut per doctrinam et exempla pro
borum virorum qui prius faciant qz doceant illuminentur
quatenus assistente diuina gratia ad Christum ducantur:
si tamen velint audire verbum vite voluntarie. Quod si
nolint non possunt ad audiendum compelli: sed excuti pul
uerem de pedibus super illos iuxta formam quam Christus
ordinauit et mandauit in suo euangelio predicando. ¶
Hac. n. via qua christus incessit et forma qua usus est
et quicunqz veri eius discipuli fuerunt: totus mundus qui
in tenebris et in sordibus omnium malorum et quidem pessi
morum erat: lucem magnam vidit et scelera sua reliquit.
¶ Si autem forte interim ad notitiam regum nostrorum ve
niret aliquos horum infidelium occidere Innocentes vel ad
immolandum dijs suis: vel Anthropophagi (idest) vescen
tes cadaveribus humanis vescendi causa eos occidere (Nam si
mortuis iam vel peste aut captis in bello vel alias vescerentur:
nihil ad regiam celsitudinem de his qui foris sunt) sane in
casu

quid pot rex circa infideles

no sunt compel
ledi ut audiant
s3 sunt blandi
tijs et pacifice
ad id trahendi

casu huius modi: Reges nri omnibus viis pacificis possi
bilibus conari debent vt ostendatur illis quod graue malum
committunt suadereque gratiosis verbis & exemplis pluries et
iterum vt vel paulatim talia relinquat. Quodsi pertinaci
ter ab huius modi cessare noluerint vis moderata eis potest
inferri. Non quidem vt eos propter illa crimina puniat
nec sibi subijciant seruos: quod hic non sit proprie bellum sed
quedam defensio: sicut priuate persone et sibi auxilium
ferentes: possunt adversus se opprimentes. Quoniam ex de
fectu potestatis et iurisdictionis quam reges nri nō hūt
nisi in habitu, ad huc non plene quo ad illos infideles qui non
receperunt fidem vt probatum est sepe: non possunt illa pu
nire: quia iterum nihil ad nos de infidelium criminibus inter
suam infidelitatem et districtum comissis .1. ad Corinth. 5.
Sed quatenus oppressis auxilium ferant et eos qui iniuriaz
patiuntur dumtaxat liberent. Prout latissime probauimus
in lib. 2º. de vnico vocationis modo omnium gentium ad
veram religionem et in prima parte apologie tum hyspanico
Idiomate tum latine scripsimus. ¶ Veruntamē circa huc
casum duo sunt multum regibus nris animaduertenda:
Alterum ne scilicet pretextu eius modi criminum excusando
rum seu innocentum ab iniusta morte liberandorum: hominum
iniquorum (qui semper occasiones querunt) inexplibilis habēdi
cupiditas falso fingat quod in rei veritate verum non est: quate
nus bona indorum rapiendi et personas sibi subijciendi querat
oportunitatem. Quod tyrani & predones toto conamine conten
dunt: et fuit hactenus in terris illis occiduis frequentissimum.
¶ Alterum est vt prius quam vis illa inferatur exactissime ponderan
dum sit: an plures Innocentes qui nihil tale commiserunt interfi
ciendi sint in bello si contra illos moueatur: quam quos a pernitie
liberare satagunt. Aut et si preponderat scandalum quod ex
tali pugna necessum est oriri vt fides gentibus odiosa reddat[2]
et predicationi obstaculum fiat liberatione paucorum qui ex ma
nu

hec sūt cōsideranda a senatoribus regijs antequam cōcedatur huius modi quas vocat cōquistas seu gubernationes sed pro dolor, post experta tot mala in prete rito tempore

non ~~possūt pōt~~ pont novissime concessa sūt ista vna anno. que se llama serpa y otra aotro q̄ se dize silua anno preseti. 1568. scripture necesse veniat scādala sed ve illi per quem etc.

nu crudelium possint tandem liberari. Tunc .n. a tali modo In
nocentes liberandi profecto cessandum esset ex precepto divino et
dissimulandum cum eis: quoniam talis actus viciosus foret contra
regulam rationis existens que dicta minus malum eligendum
esse tam in una eademque persona quam in multis et diversis: tam
in malis culpe quam pene. ut patet per phm. 2. Ethic. c. 9. et. 3.
ethico. c. 5. et. 5. c. 6. et alibi patet etiam per. c. duo mala
et in. c. seq. nota. 13. dist. et. 14. dist. c. 1. et. 22. q. 4. c.
nonsolum et in. l. 1. §. pen. ff. de peri. et comodo. rei ven. ¶
Minus .n. revera malum est sine comparatione permittere
aliquos innocentes pati et iniuste occidi ab idolatris et An
thropophagis. quam quod nos pro illis ab iniusta morte eruendis
per crudelia bella (que calamitas dicuntur et sunt generis hu
mani) maximas perficere hominum strages inter quos quidem
millia millium Innocentum necessario etiam oportet trucidari.
¶ Non .n. omnes sunt qui humanis carnibus vescuntur: et
ubi huiusmodi vicio homines sunt infecti neque omnes aut
semper Idolis victimas humanas immolabant: sed per pauci
respectu eorum qui talia non agebant: sed per pauci res
pectu eorum qui talia non agebant vel agunt. Ex quo indubie
sequeretur aliud maximum malum videlicet christi nomen fore
universo orbi illi auditu horribile et odiosissimum: nec non
crudelis et iniusta stimabitur christiana religio ergo me
lius et sanctius et sic eligibilius erit permittere paucos peri
re innocentes occidentium scelera dissimulando quam quod pro illis
liberandis Innocentium millium millia occidamus. ¶ Hec con
sequentia probatur ex regula quam ipse redemptor mundi nobis
statuit Math. 13. in parabola de zizaniis exhortans in medio tri
tici. Unde s. Tho. in locis diversis de huiusmodi loquens ait:
quod dominus abstinendum mandavit ab eradicatione zizaniarum
ut tritico parceret idest bonis. Quod quidem fit cum non possunt
occidi mali quin simul occidantur et boni vel quia latent inter
bonos: vel quia habent multos sequaces: itaque sine bonorum periculo

inter

[Margin: cum perditione innocentium non est agendum contra nocentes]

[Margin: si triticum eradicandum sinenda est zizania.]

interfici non possunt ut Augustinus dicit contra permenianum. Unde dominus docet magis esse sinendum malos vivere et ultionem servandam usque ad extremum iudicium: quam quod boni simul occidantur etc. Hec s. Tho. super dicta parabola et 2a 2e q. 1 a. 8 ad 1m et 22 q. 64 a. 2 ad pm et in 4 d. 13 q. 2 a. 3 ad 3 et 3 contra gen. c. 146 et quodlib. 10 a. 15 ad 1m et in multis locis aliis. Patrocinantur predictis plurima iura ut c. denique 14 q. 5 ubi Ambrosius inquit si non potest subveniri alteri nisi alter ledatur commodius est neutrum iuvari quam gravari alterum etc. Et pro hoc facit quod per plura iura habent. Prohibent namque rigorem aut vindictam exercere quando non possunt precise distingui delinquentes ab illis qui non sunt culpabiles / nec innocentes iniuste patiantur. Et quotiens plures rationabiliter perituri creduntur quam sint quibus opem ferre conamur. quod in bello accidere semper minime dubitatur. hec patent. 23 q. 4 c. non potest. et 1 q. 7 c. Quotiens. cl. 2 et de tempo. ordi. c. 2. et 23 q. 5 c. ipsa pietas. et 9 q. 1 c. ordinationes. et 50 dist. c. ut constituerentur et 44 dist. c. conversationes. et 4 dist. c. denique. Ex casum huiusmodi nihil incumbit regibus nostris (ut diximus) nisi occupari se circa illa que in 2a conclusione includuntur: et sunt principatus sui vel ad principatum actu habendum preparatoria ut supra § 3o probatum fuit. Et licet dicatur in superioribus quod habens potestatem vel iurisdictionem in habitu possit eam subdelegare: cum istis tamen infidelibus qui nunquam fidem susceperunt nec audierunt: aut culpam aliquam contra ecclesiam non commiserunt reges nostri subdelegare non valent per supradicta scilicet quia nec ecclesia vel summus pontifex non habent potestatem vel iurisdictionem in habitu de presenti purificato idest perfectionato quandiu ad fidem voluntarie non venerunt: et per consequens ibi non habet subditos quibus possit committere causas seu delegare. Iuxta ea que leguntur et notantur in c. Pastoralis

[Margin note beside lines 4–9:] non est bello agendum ad liberandum innocentes ne maiora mala contingant sed alia via agendum

[Margin note beside lines 15–21:] Videque ad propositum scripta hz. Rmus eps exmesis tello de Sandoval cum esset presens in consilio indiarum

[Margin note beside lines 28–33:] rex hyspanie non habet potestatem quam possit subdelegare circa infideles

ralis. §. qm aut de rescrip. et in alijs iuribus inprecedentib9 allegatis ergo nec etiam reges nri possunt ea facere vel delegare. Quod .n. non pot causa prima que habet influere in secunda multo minus potest secuda sumpto argumento a maiori potentia cause efficientes. Et sumpto argumento ab effectu cause efficientis vt in simili argumentatur baldus in .l. cunctos populos. C. de suma trina. ¶ Porro circa huiusmodi speciem infidelium solum nanciscitur summus Christi vicarius potestatem vel iurisdictionem quam dicunt iuriste voluntariaʒ vel similem voluntarie. Quod patet primo sic. quia cum principaliter potestas ecclie et eius capitis ac potestatis actus precipuus perquem ecclesie incepit edificatio vel constructio illius: consistat in fidei predicatione et adunatione fidelium ex infidelibus. Ad Ephes. 2. et ad Rom. 10. et .c. cum ex in iuncto de here. et de statu. mona. c. quod dei timorem. Et hec debeat esse suauis et intellectus persuasiua et voluntatis allectiua: charitatis ac beneuolentie ostensiua vt homines voluntarie moueantur et incitentur ad audiendum et suscipiendum verbum dei et sic ipsam catholicam fidem quia credere actus est voluntatis que cogi est impossibile: sequitur q eiusmodi ecclesiastica potestas predicandi euangelij possit dici voluntaria iurisdictio vel voluntarie iurisdictioni esse similis. ¶ 2º patet et melius quia cum adoptari aliquem in filium qui filius non est sed extraneus vel forensis sit actus iurisdictionis voluntarie quasi ars immittetur naturam. Est .n. adoptatio vel adoptio extranee persone in filium vel nepotem vel de inceps gratiosa et legitima assumptio: vel vt plenius dicamus ad propositum abrogatio que est adoptionis spes et perfecte imitatur naturalem filiationem per quam reducitur adoptatus in ptatem adoptantis voluntarie tamen: quia nisi adoptatus voluntarie ~~tamen quia~~ suscipiat nihil valet adoptio vt in .l. neqꝫ. ff. de adoptio. Et ppterea succedit adoptatus patri adoptanti ex intestato et ī .l. insti. de adoptio. §. femine. in glosa. et .s. Tho. in 4. sen. dist. 42. q. 2. arº. 1. Et infideles huiusmodi sint extranee psone et

[margin: voria adoptio ex parte adoptati.]

infideles non sunt subditi quantum ad contentiosam iurisdictiones

et forenses: quia totaliter sunt extra ecclesiam et forum eius nec subditi quantum ad coerciuam seu contentiosam iurisdictionem que exercetur in inuitum vt aliquid supra circa finem. §. 30. tractum fuit et in nostra apologia et in alijs nostris tractatibus latissime probatum patet: sequitur quod si adoptandi sunt in filios Dei hec esse oportet per fidem Jesu Christi sacro sanctique baptismi sacramentum suscipiendo secundum illud ad Roma. 8. accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei: inquo clamamus abba pater: atque proinde voluntarie: itaque ipsi met adoptatio libere sine aliqua coactione vel violentia velint adoptari in filios Dei (idest) velint esse christiani iuxta illud. ioa dedit eis potestatem filios Dei fieri: hisqui credunt in nomine eius (hoc est) in potestate liberi arbitrij reliquid eis quatenus si voluerint filij Dei fiant credendo in eum. etc. Nam si inuiti ad credendum cogerentur adoptio non valeret. Et hoc est quod Ambrosius inquit voluntarium militem Xpi eligit. 15. q. 1. c. non est. ¶ Cum igitur hec potestas ecclesie vel summi pontificis trahendi et inuitandi ac persuadendi infidelibus vt velint adoptari et esse filios dei per fidem et fidei sacramenti susceptionem scilicet baptismi: et sic ecclesiam ingredi seu conumerari fidelibus qui sunt hereditas Dei habeat fundamentum in libertate & acceptione voluntaria liberi arbitrij temporum infidelium supposita gratia Dei pro vt. s. Tho. docet. 3. par. q. 8. a. 3. ad pm. dicens quod illi qui sunt infideles et si actu non sunt de ecclesia sunt tamen de ecclesiastica ~~sunt tamen~~ potentia. Que quidem potentia in duobus fundatur. Primo quidem et principaliter in virtute christi que est sufficiens ad salutem totius generis humani. Secundario in arbitrij libertate. Sequitur quod eiusmodi potestas siue iurisdictio ecclesie que ad infideles qui fidem nunquam nec receperunt nec audierunt se potest regulariter extendere est potestas vel iurisdictio voluntaria vel similis ei que iuriste appella

volu:

Voluntariam. Et hec ipse delegari et comitti potuit per papam in reges et per reges in alios ministros idoneos ecclesie: quoniam nihil aliud est qz movere/mandare/precipere aut exhortari ut pacifice mansuete benevole charitatiue et exemplariter gentes ille inducantur et trahantur ad fidem. — via vo potestas delegari potest in regem et in alias persom

§. 40.

¶ Contra predeterminata possunt nonulla opponi et replicari presertim quo ad possessionem capiendam illius orbis sine vocatione vel citatione incolis facta. vel ordine iuris seruato. Et videt^r opus non esse illos vocari aut citari/aut ordo iuris super hec seruari nec consensum eorum expectari: sed sufficit sola papalis institutio/ cuius virtute poterant reges nostri possessionem illiuscemodi orbis propria autoritate capere atqz proinde dominum et iurisdictionem omnimodam exercere/similiter omniaque ad iudicium spectant regie vel imperatorie potatis. hec nanqz videntur sic posse probari. obiectio.

¶ Tum. i°. quia qui confert titulum potest dare licentiam apprehendendi propria autoritate possessionem ut in c. Pastoralis de privileg. Idem in venditore. ut in l. preda. ff. de acqui posse: Idem in iudice ut in l. iuste. ff. eo. et no. in c. qualiter et quando el 2°. de accusa. et no. in c. cum nostris de concess. prebe. Pri°.

¶ Tum. 2°. quia quando papa donat aliquid alicui: illi quibus donat ex plenitudine potestatis statim efficiut^r possessores. Ita no. innocen. in c. bone el 2°. de postul prela. Idem videtur in imperatore si dat iurisdictionem vel privilegium vel sententiam ut valeat etiam non citatis subditis. Quia super iure dominij sui non subditorum iudicat. ut l. fi. in fi. ff. de serui predio verba ibi3 bal. in margarita verbo papa. 2.

¶ Tum. 3°. quia cum causa princeps vel papa potest omittere citationem in sententia diffinitiua ut est glo. notab. in l. ante penul in fi. ff. ex quibus causis. et tex. 3.

expre

expressus in c. de causis de offi. delega. et bal. no. in l. 2. circa prin. C. quo et qn. iu. Item papa contra tenentes res ecclesie ferentes sententiam quia valet sententia eis non citatis secundum
4. ioa. andr. in c. cum olim de sen. et re iu. etc. ¶ Item .4. quia princeps est supra ius et potest tollere ius civile. C. proposuit. de concess. preb. et Innocen. in c. sive in ecclesiarum de consti. et potest tollere solemnitates iuris ut in specul. titulo delega. §. 4. verb. Sed nunquid lega. Item non astringitur ad cause cognitionem. c. cum ad monasterium de statu monacha. Ioa. de Imol. in c. cum venissent. de institu. quod sufficit factum proponere coram papa nec libellus requiritur facit glo. in l. relegati. ff. de penis quod in principe magna causa est voluntas ¶ Potest etiam supplere defectus iuris et omnem defectum solemnitatis omisse notat cardinalis in clemen. 2. §. ceterum. de re iudi. in 2. notabili. ergo cum papa sit princeps suppremus in tota ecclesia universali et concesserit sive donaverit totum illum orbem indiarum regibus nostris hyspaniarum subsistente magna immo maxima causarum videlicet predicatione fidei et conversione animarum

Suma ratio est que pro religione facit

Nam summa ratio est que pro religione facit. l. sunt persone. in fi. ff. de religio et sumpti. fune. patet quod nec vocatio seu citatio populorum fuit necessaria nec iuris ordinem sive solemnitates iuris observari: aut cause cognitionem nec incolarum consensum expectare. ¶ Quoniam omnia hec videntur suppleta fuisse per principem suppremum scilicet papam: qui quidem prefatam institutionem fecit et concessit sive donavit ex plenitudine potestatis ergo potuit rex noster capere possessionem totius illius orbis propria autoritate atque proinde libere per omnia exercere iurisdictionem et iura cetera regie potestatis

Solutio.

¶ Sed nimirum he objectiones minime obstant predeterminatis et facile dissolvuntur: quia non sunt applicabiles sed impertinentes valde ad presentem casum. Nam ista intelligentur

omnia in contrarium allegata intra ecclesiam intelligenda sunt circa christianos etc.

intra ecclesiam (idest) circa et inquantum ad populum christianum et in spiritualibus spectant ubi papa suam potestatem habet in pleno et purificato habitu de presenti: secus est extra ecclesiam

quibus

quantum ad infideles qui numquam receperunt fidem et eorum tem
poralia: qui omnibus modis extra eam sunt: in quos nullam
potestatem vel iurisdictionem aliam nisi voluntariam
vel similem voluntarie habet videlicet providere qualiter
gentes que extra fores ecclesie existunt pacifice atque gratiose
ad ingressum in eam inuitentur prouocentur et inducantur
et sine ullo offensione pertrahantur iuxta preceptum Pauli .1.
ad Corinth. 10. sine offensione estote iudeis et gentibus et
ecclesie Dei: sicut et ego per omnia omnibus placeo non que
rens quod mihi utile est: sed quod multis ut salvi fiant. Ma
nifestum .n. est quod nisi gentes ille voluntarie prefatam insti
tutionem de regibus nostris papalem ratam haberent et sic per
liberum consensum reges nostros in universales principes et
dominos susciperent et possessionem illius orbis traderent obser
uatis prius his que circa eas agenda sunt et in .2a. questione §. 11.
possuimus: et ordinem continent naturalem necessario seruan
dum: maxime offenderentur et eorum salus impediretur cum
certo certius proculdubio existat maxima scandala exinde
oritura fore per universum illum orbem et impedimenta fi
dei: contra intentionem Dei et finem vicarij christi ut.
§. 7. in .3a. consideratione. et in 2a. item in questione prima
§. 11a. latissime probatum est. ¶ Non fuit (inquam) nec
umquam erit intentionis vicarij Christi quod Reges nostri omnia iura
divina naturalia et humana transgrederentur confunderent et
euerterent nisi ut in omnibus que circa gentes illas agenda
sibi erant videlicet applicatione nunciorum suorum ad terras
et orbem illum in eorum ingressu: in significatione cause
finalis sui aduentus et sic invocatione seu citatione ad audien
dum potissimum in consensu expectando illorum regum et
populorum et in apprehensione possessionis regnorum illorum:
et exercitij regie siue imperatorie iurisdictionis ~~seruarent ad~~
~~unguem~~ ordinem naturalis et divini ac humani iuris seruaret
ad unguem: quatenus rite ac recte omnia fierent: iustitia
non violaretur: gentes eiusmodi: non lederentur: fides non
impediretur aut blasphemaretur: et sic tandem leges tam hu
mane quam divine in suo vigore permanerent. ¶ Primo si

sic

ex papa concederet qz rex de facto fieret dominus novi orbis sine previa monitione et consensu peccaret rex id exequendo eo quod est et contra ius naturale divinum et humanum

Sic per impossibile secus pontifex maximus intenderet (quod nephas et sacrilegum non dicam credere sed suspicari solū esset) ipsi reges nostri non acceptare aut mandatum pape non ad implere divino precepto tenerentur. Probatur hoc per ea que probata sunt in 2ª consideratione. §.7. et satis aperte: 11.q.3.c. si dominus. et c. Julianus et c. imperatores. et c. qui resistit. et late notatur per canonistas: ibi et in c. sign. de rescriptis. et in c. Que in ecclesiarum de consti. ubi dicunt quod cum princeps aliquid mandat contra legem divinam vel naturalem aut aliquid in iustum: mandatarius non debet immo tenetur non parere: quia hoc facit autoritate iuris ut in predictis locis. et in auth. ut nulli iudicum colla. 9. Unde quandocumque per executionem mandati timetur magnum scandalum vel deviat prima fronte ab honestate vel aliter dubitatur de mente principis licite pōt et debet mandatarius non exequi et scribere principi quare parere non debeat et expectare secundam jussionem. Nec ex ista dilatatione debet princeps turbari ut patet expresse in d. c. sign. et in d. auth. ut nulli iudi. Et ad hoc extat notabi. d. Innocen. in c. inquisitioni de sen. excomuni. Ubi ait quod si mandatum pape contineret heresim vel vehementer presumeretur statum ecclesie perturbari vel alia ventura non debet subditus parere: quia debet obviare malo et non adiuvare. Quod dictum dicit Panor in d. c. sign. esse semper mente tenendum. Ex quo infertur secundum eum: quod si princeps mandat aliquid de cuius executione presumitur scandalum venire in civitate non debere parere. Idem dicendum si princeps aliqd mandat contra Deum: non est obediendum sibi etiam si princeps credat iuste facere et tibi soli notum sit mandatum continere peccatum: ut probatur in c. literas de resti. spol. ¶ Cum igitur ex in ordinata applicatione seu accessione nunciorum Regum nostrorum ad orbem illum et ad singulas partes illius ex ingressu noxio et contra voluntatem illorum populorum: ex subita et in opinata invasione ex apprehensione immo usurpatione propria authoritate possessionis ex exercitio iurisdictionis intempestivo et regie potestatis non vocatis/ sed contemptis quinimo invitis quinimmo interfectis vel captis/ et spoliatis/ aut

Panor.

notandum.

oppressis

oppressis regibus et principibus naturalibus et populis omnibus
libertate naturali nudatis et dire seruitutis iugo addictis
dimisso de riqz ordine iuris naturalis atqz diuini necessario } sunt servanda
seruando sinequo nihil est validum qui continet duodecim par
ticulas vt in 2ª. conclusione visum est quas preparatoria ap-
pellauimus qz tantaqz prouentura necessum est scandala et
turbationes vniuersorum regnorum provintiarum populorum
& omnium inibi habitantium incolarum tanta ignominia
nominis chriani tanta infamia et dedecus chriane religio
nis catholice fidei tot impedimenta et maxime efficatia: tata
demum. prohdolor strages crudelissima corporum & animarum
sicuti abunde factum proprijs vidimus obtutibus: manifestum
est qz etiam si papa mandaret aut mandasset Reges nostri
contrarium facere sub eterne mortis pene tenerentur secundum iuris
ordinem in omnibus procedere: cum non minus quam papa legi nāli
et diuine ac dictamini recte rationis subiecti existant.
Quando ergo magis omnia illa seruare et contraria vitare
reges nostri debent: quo summus christi vicarius in concessione
seu institutione prefata ea mandasse intelligitur et si non di
cantur expresse consideratione .§. 7. et in qclone 1ª. §. 11º.
et per hec satis apparent generaliter responsa ad objecta.
¶ Nihilominus tamen non pigebit singilatim ad q̄libet
respondere. Ad. 1ᵐ. ergo dicimus qz qui confert titulum potest — Ad pᵐ contrarium
dare licentiam apprehendendi possessionem etc. Verum
est in his que sunt potestati dantis et seruato iuris ordine vt
no. in iuribus q ibi allegantur. ¶ Ad. 2ᵐ. qz quando papa do — Ad. 2ᵐ.
nat vel facit aliquid de plenitudine potestatis etc. Respondetur
qz quando papa facit aliquid de plenitudine potestatis: non inuertit
per hoc possessionem alicui possessori quia nec per hoc acquirit — bald⁹
aliquam possessionem de nouo secundum Innocentium. hec baldus
in. l. si aquam. C. de serui. et aqua pluvia. arcem. s. colu. Et
etiam hec quia hec plenitudo potestatis in papa est in bene
ficialibus et in iurisdictione spualia tantum non in temporali
bus secundum bal. vbi supra. Allegat Innocentium. Et cum
in materia nostra tractetur de temporalibus et inter vel contra
non subditos in quos iurisdictionem etiam in habitu plene de pre

senti

senti purificato non habet: ideo nihil obstat plenitudo potestatis
Quod autem additur in obiectione de imperatore falsum est
Si subditi possunt pretendere aliquod interesse. Quia nec im-
perator nec rex aliquid potest facere vel privilegium conceden-
do: vel legem condendo vel iurisdictionem exercendo: aut sententiam
pronuntiando in preiudicium subditorum illis non vocatis
et etiam consensum prebentibus ut p3 per .2am. consideratione
et in aliis supra. §. 7. probatis. Et sunt iura pene innume-
rabilia perque hoc probatur. Ad quod videas que doctores
loquuntur in .c. Que in ecclesiarum de constitu. et in .c. dilecti
et .c. nimis. de maio et obedie et in .c. quia plerique. de immu-
ni eccle. Post Innocentium. Et barthol. in pria questione. ff.

Ad. 3m

§. omnem. ¶ Ad 3m. quod papa potest omittere citationem
in sententia diffinitiva etc. Verum est in beneficialibus
et ecclesiasticis cum legitima et inter subditos intra ecclesiam
Sed extra eam nihil ad eum coercitiva iurisdictione uti aut
per eam iudicare. Ut per multa iam probata claret. Ad

Ad. 4m.

quartum quod princeps est s. ius etc. Absolute falsum est sed
supra ius positivum dumtaxat. Et potest tollere illud cum
causa: non autem sine legitima causa nisi eum peccato ut
§ 7. probavimus. ¶ Potest etiam supplere iuris defectus
et solemnitatum que non sunt fundati in iure naturali
nec valet si dicat princeps vel papa in sua dispositione

licet papa possit omittere citationem in collatione beneficiorum circa infideles non potest

Supplentes omnem defectum ex plenitudine potestatis:
quia intelliguntur defectus iuris civilis mere non autem
naturalis. etc. Ut in clemen. Pastoralis de re iudi. Et
ibi per cardinalem. §. penul. Et ideo negatur gratia .i. et
ratio est quia licet causa fidei predicande ac gentium illarum
convertendarum summus pontifex potuerit Reges nostros
instituere quantum in eo fuit in princeps utres illius orbis in-
telligitur tamen sine preiudicio notabili regum domino-
rum et iurium suorum et populorum incolarumque ipsum
orbem inhabitantium et servato iuris ordine et consensu

quando papa dicet quod supplet omnes deffectus intelligitur de defectu iuris civilis non autem iuris naturalis vel divini quia papa non potest supplere

habito

habitu libero eorumdem dictam institutionem habente ratam
ceterisque alijs conditionibus et debitis circunstantijs in lege
n̄rali fundatis que in .2.ª q̄one patent. Quas nullus prin
ceps / rex vel imperator aut papa potest supplere ad hoc
q̄ actus (eis omissis) valeant ut est ~~q̄tum gr̄a .2.ª valet~~.
probatum. Ex quibus etiam non obscure videre est q̄tus
gr̄a .2.ª valet. Et sic credimus plenissime fore satisfactum
dubio vel objectioni mote supra. §. 5. scilicet: q̄ q̄vis om
nibus regibus de mundo non esset licitum absque licentia
regis ynga vel suorum successorum inquirere aut scrutari
vel tollere thesauros de sepulchris animo retinendi eos
sibi etc. / ut ~~q̄o~~ q̄o. responsiua principalis questio
nis posita in §. 4. habet non tamen videbantur reges
n̄ri contineri in illa generalitate ratione institutionis
papalis sed non obstat ut iam patet quin non minus
q̄ de alijs principibus mundi predictam conclusionem
de n̄ris regibus q̄tum ad huiusmodi intelligi debere affir
mamus. Et ideo neque prose neque ut alij hyspanorum sibi
divitias conquirant reges nostri concedere authoritatem
inquirendi et tollendi eiusmodi thesauros valent: do
nec suspensa fuerit prefata institutio et in habitu sua
iuris dictio. Unde quicunque thesauros predictos aut
reges preciosas quascumque tulerint ex sepulchris: au
rum vel argentum margaritas et cetera ex minera
libus delicentia regum nostrorum vel suorum guberna
torum: furtum committunt et tenentur ad restitutionem.
Ut q̄o alia que precessit q̄onem responsivam ait.
Et per hoc ad quid reges nostri teneantur toti orbi
eiusmodi potest conijci facile /.

§ 41.

Nunc aut circa ea que supra precipue in § 39. sut tractata scilicet qualiter Reges nostri se habere debeat in exercitio habitus potestatis vel iuris dictionis quē hnt: dubium in fingit non dissimulandum. Cuius vel quorum impensis et que incumbunt eis facerent. Manifestuz .n. est ad missionem nunciorum et predicatorum prelatorum et aliorum ministrorum ecclesie nec nonnullorum qui quoquomodo in ea re erunt adiutores: expensas magnas fore necessarias. An ipsi catholici reges nri: teneantur propriis sumptibus eaque agenda eis incumbunt explere. Vel ipsimet habitatores orbis prefati. quandoquidem omnia illa ordinantur et diriguntur ad eorum vtilitatez: tenebuntur ratione negociorum vtiliter pro eis gestorum de suo sumptus ministrare. Et an si nollent poterunt compelli ad soluendum expensas factas. Et certe videtur qd sic. Qm iure nature et diuino debetur his qui laborant pro bono publico vel temporali vel spūali merces sua non ab aliis quorum vtilitas procuratur. Nemo .n. militat stipendiis suis vnqs. Nec plantat vineam et de fructu eius non edit. Et dominus ordinauit hiis qui euangelium annūciat de euangelio viuere. Et si vobis spūalia seminamus mirum non est si carnalia vel temporalia vestra metamus etc̄. hec omnia aptus .1. Corinth. 9. et dominus dignus est mercenarius mercede vel cibo suo Mathe. 10. vbi apparet hoc esse de iure nāli et diuino est etiam de iure humano .l.1. §. sed nec ob impensas. in fi. C. de rei vxor ac. et ibi doctores: vbi habetur qd negociorum gestor pot repetere expensas vtiles si vtiliter gessit. ¶ Sed contrarium videtur: quia cum predicatio euangelii debeat esse pacifica / dulcis / gratiosa

Dubium assūptum qui sint nec cōpla tis et predicatoribus in nouo orbe ibidez habitantes debent soluere

Vz qd sic

idest

idest gratis data allectiva et suavis ideo non onerosa et
auscultatio siue auditus eiusdem per eos qui extra ecclesiaz
omni modis sunt et susceptio fidei et christianitatis volū
taria nec non ad suscipiendam nullomodo gentes alique
compelli possunt sequitur q in sua potestate etiam existit
quantumcunqz ipsam fidem suscipiant sumptus prestare
vel non prestare: ac per q̄ns non propterea si non pres
~~tarentent~~ possunt inquietari vel male tractari. probatur
hoc: quia precepto christi iubemur fidem quam gratis et
sine precio aut meritis nostris accipimus: gratis et absqz
precio ~~aut meritis~~ dare debeamus. Mathe. 10. et soluz
concessit cibum accipere. Dignus inquit) est operarius
cibo suo idest secundum Hieronimum tantum accipit q̄ntus
in vestitu et victu vobis necessarium est. Et hoc satis decla
rat apostolus in verbis supra relatis habentes alimenta
et quibus tegamur his contenti sumus. 1. ad Thi. 6. Nec
obligavit recipientes euangelij nunciatores: nisi ad pro
uidendum de cibo vt ibi. g. non absoluendas expensas.

predicator euangelij solum cibo debet esse contentus

Quem cibum si audientes et recipientes simul euangeliuz
predicatoribus denegauerint: non adhibuit penas sicut
nec apposuit penas in hoc mundo non recipientibus eos
nec fidem suam: sed punitionem eiusmodi reseruauit sibi
pro die finalis iudicij. Qui aūt (inquit non receperint
vos neqz audierit sermones nostros: exeuntes foras domo
vel ciuitate: excutite puluerem de pedibus vestris. Amen
dico vobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum
in die iudicij quam illi ciuitati. Mathe. 10. et Mar. vlto.
qui vero non crediderit condenabitur. Nec etiam apostolus
excomunicauit corinthios nec eis influxit aliquam penaz
temporale ~~vel~~ nolentes ex auaritia prouidere ciplo et
socijs eius de cibo. vnī ad verecundiam eorum de huiusmodi

coram

coram deo gloriabatur dicens. Quoniam gratis euangelium
Dei euangelizaui vobis: alias ecclesias spoliaui accipiens sti
pendium idest cibum. ad ministerium vestrum. Et cum esse
apud vos et egerem: nulli onerosus fui. Nam quod mihi
de erat suppleuerunt fratresqui venerant de Macedonia
et in omnibus sine onere me vobis seruaui et seruabo etc.
Interdum etiam laborauit manibus querens cibum et alia
necessaria prosocijs nequibus predicabat grauis esse: vt pate
actuum .20. Dum mileti existeret dixit quibus predicauera
et ad christum conuerterat. Argentum et aurum ad vestez
nullius concupiui sicut ipsi scitis: quoniam adea que mihi
opus erant et hisqui mecum sunt ministrauerunt manus
iste. Omnia ostendi vobis: quoniam sic laborantes oportet
suscipere infirmos: ac meminisse verbi domini iesu/quoniam
ipse dixit beatius est dare quam accipere hoc ibi. ¶ Non obstat
quod lege naturali et diuina teneantur audientes verbum dei et
recipientes spiritualia: prouidere decibo et necessarijs predicantibus
et propterea non prouidendo ex auaritia si haberent vnde pec
carent et quidem grauiter. Quoniam peccatum illud punibile
non est per homines pena corporali vel spirituali: sed in alio seculo
per ipsum deum duntaxat sicut apparet in obligatione na
turali que dicitur ad antidota et surgis ex illa equitate naturali
vt benefacienti nobis benefaciamus vt in. l. sed in lege. §.
consulijt. ff. de pe. hered. et in. c. cum in officijs. de testa. Ex
hac enim obligatione nulla competit actio nec potest deduci
in compensationem. l. hoc iure. §. penul. ff. de dona. et ideo
ad debitum soluendum quod ex hac quod ex hac obligatione nas
citur: nemo potest compelli. Sic nec ad danadum elemosinam
pauperi existenti in extrema necessitate. Adquam tamen
tenemur lege naturali. Et sic de alijs misericordie operibus.
Esuriui et non dedistis mihi manducare etc. / Mathe. 25.
proquorum omissione nullus ab homine punitur tempora
liter vel spiritualiter. Et hoc ideo est quia opera pietatis exer
cenda vniuscuiusque relinquitur arbitrio an velit nolit ea
explere. sic in proposito arbitrio vniuscuiusque reliquit

christus

Vnicum exemplum quante euangelij predicator non fiat onerosus illis quibus predicat hec pre religiosis innouo orbe dicta sint

paulus in seruum manibus laborauit pro cibo querendo ne esset grauis alijs.

quibus predicatur euangelium tenetur quidem sub mortali si habet vnde prouideat predicantibus sed tamen peccatum eorum non est punibile in hoc mundo per homines

ex obligatione ad antidotam nulla competit actio.

christus ut prouideret de cibo predicatoribus evangelij: licet gravius forte peccent istiq3 illi ratione ingratitudinis q2 deberent grati esse eis pro accepto beneficio: pro illa obligatione antidatali vide feli in.c. consuluit de usur. ¶ Similiter non obstat: q utiliter geramus negocium illorum etc./ Tum .1º. q2 ecclesie vel summo eius pastori necessitas incumbit ex precepto absolute dato à christo ut predicetur per universum orbem euangelium cunctis gentibus sine aliqua conditione de precio aut de expensis. iuxta illud Marci ultimo. Euntes in mundū universum predicate euangelium omni creature. Et Math. ultimo. Ite docete omnes gentes etc./ et Apostolus .1. ad Corinth. 9. Nam et si euangelizavero non est mihi gloria: necessitas .n. mihi incumbit. ve .n. mihi est si non evangeliza vero idest secundum glosam. et .s. Thomam: utiq3 euacuaretur gloria mea celestis si ideo predicarem ut sumptus acciperent. Nam evangelizavero tantum itaq3 non ex dilectione dei et proximi hec faciam nec libera voluntate: non est mihi gloria apud Deum necessitas .n. precepti quod non audeo omittere mihi incumbit. Ve .n. idest eterna dānatio mihi est si non euangelizavero sicut mihi iniunctum est. Ex hoc seqitur .2º. quia ex ordinatione predicatio euangelica est debita ab omnibus gentibus de mundo. Hoc .n. unicuiq3 debetur quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem divine sapientie. ut dicit .s. Tho. 1. q. 21. a.º 1. ad 3m. et ideo pro solvendo debitum non licet petere expensas a creditore. Nam summus pontifex et alij ministri ecclesie debitores sunt et gentes convertendi creditores s.m illud ad Roma 1. grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum: ita q in me promptum est et vobis qui Rome estis euangelizare. Et beatus Bernardus lib. 3. ad eugenium: ergo (inquit) si cognoscis sapientibus non dominatorem / sed debitorem te esse curandum sumopere tibi et tota vigilantia considerandum quomodo et qui non sapiunt sapiant non desipiant et qui desipuere resipiscant. At nullum genus insipientie infidelitate maior

[Margin:] ad n.ãq3 de proba. circa fines. et pa nor in.c.

[Margin:] ~~alias~~ et si utiliter geramus negotium indorum nō possumus cōpellere ut prebeant victum.

[Margin:] ex divina ordinatione predicatio evangelica est debita omnibus gentibus.

[Margin:] debita predicatio omnibus gentibus.

maior ergo et infidelibus debitor es: iudeis et grecis et gentibus.
3. Inter est proinde tua dare operam quam possis ut increduli conuertan
[margin: + ad fidem: conversi non convertantur etc.] tur + etc / hec bernardus. ¶ Tum. 3. quia christus precepto cons
trinxit predicatores gentium ut gratis euangelium darent. Et pre
4. cise accipere cibum et necessaria concedit. ¶ Tum. 4. quia si ab
audientibus et etiam recipientibus euangelium expensas peteremus
[margin: hieronymus] putarent quod non gratis sed precio illud venderemus. Ita dicit Hiero
[margin: hec nota quod decime non sunt petende a neophitis ob id.] nimus super Math. quod si apostoli acciperent aurum et argentum:
viderentur non causa salutis hominum predicare sed lucri. ¶ Tum
5. 5. quoniam ex negocium gestione causa pietatis non insurgit obli
[margin: ex negotiis gestis causa pietatis non repetuntur expense] gatio in illo cuius negocium geritur. Unde negociorum gestor non
repetit expensas factas causa pietatis ut in l. ex duobus. §. 1. ff.
de nego. gest. et ibi bartho. Sed que maior causa pietatis quam hec que
pro religione facit? ut in l. sunt persone. in fi. ff. de religio et sumpti
fune. Maxime quando expenditur aliquid circa aliquem ex
necessitate precisa ut quia ex precepto naturali vel divino quis
ad faciendum aliquid constringitur ut hic. Quia tunc ex
pense non repetuntur. Sicut apparet in matre que expendi
circa personam filij de necessitate precissa ut quia filius est
intra trienium vel quia filius non habet alias unde viuat
quia matrimonium est solutum divortio eius culpa: et onus
filiorum spectat ad matrem. ut. l. nec filium. C. de patri.
pot. et. l. siquis a liberis. §. siue parens. ff. de liber agno isto casu
mater non habet repetitionem et si fuerit protestata quod faceret
animo repetendi ut glo. tenet et post eam bartho. in l. alimenta
et in l. 1. et. 2. C. de nego gest. ¶ Est alius casus quando neces
tas est causatiua: puta quando inpense fiunt in eam personam cui
cura iniungitur aliquid faciendum quia debet facere suo sumptu
ut. l. suo victu. ff. de oper. liberto exemplum in matre pupilli
quia cum pupilli cura iniungatur matri ut. l. 2. §. si mater.
. ff. ad rebeli et. l. diuus. ff. qui. peta. tutores debet facere su
ptu

pro proprio. per. d. l. suo victu. Vn̄ impense quas mater fece
rit in petendo do tutorem pro filio pupillo: nullo modo peti possunt
ratione cure sibi a lege naturali et humana iniuncte. Nec
~~poterit~~ proderit si fuerit protestata q facit animo repetēdi.
Nam illa protestatio declaratoria voluntatis: nullum habet
effectum in his que ex voluntate nostra non de pendent:
sed sunt decisa per legem secundum bartho. in. d. l. alimenta.
¶ Cum igitur predicandi euangelium per vniuersum orbem
in omnibus gentibus necessitas sit precisa vt pote per Xp̄i
preceptum in iuncta et mandata et sic ex iure vel lege di
vina vt visum est ergo expensas pro hm̄oi predicatione et
conuersione gentium quas expendi contigerit nullo modo possunt
repeti. g°. proprijs sumptibus papa vel rex vel quicunq3 xp̄ia
nus alius qui hoc onus vel curam susciperet predicationem
et conuersionem huiusmodi tenetur efficere. Nec poderit sibi
aliquid si protestetur q animo faciunt repetendi expensas q̄s
fecerint: quoniam cum predicatio fidei et conuersio gentium
sint decisa per legem diuinam et sic debita nec depedant
ex sua voluntate idcirco illa protestatio voluntatis declaratiua
nullius erit effectus. ¶ Similiter idem concludendum est ex
necessitate causatiua. Quoniam cum iniuncta sit cura diuinitus
summo Christi Vicario imprimis et prelatis ecclesie: imo
Vniuersis xp̄icolis quia vnicuiq3 mandauit deus de proximo suo
eccli. 17. potissimum cui summus ille pastor iniunxerit curam
ipsam predicandi euangelium et adducendi oues alias quas xp̄s
oportet per suos ministros trahere ad suum ouile sequitur q
qui eiusmodi curam assumeret vel cui iniuncta a xp̄i vicario
fuerit teneatur suis sumptibus expedire: nec vnq3 iure repe
tere quantumcunq3 protestatis sit quemadmodum mater petens
tutorem pro filio. Sic apostolus certe curam sibi iniūctam gentes
docēdi

papa vel rex vel quicunq3 onus predicādi sumit suis sumptibus debet agere si nolunt illi quibus predicatur ministrare

paulus.

docendi & illuminandi expediebat. 1. Thesalo. 2. sed facti
sumus paruuli in medio vestri tanquam si nutrix foueat fi
lios suos ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis:
non solum euangelium Dei: Sed etiam animas nostras quoniam
charissimi nobis facti estis. Memores. n. facti estis fratres
laboris nostri et fatigationis nocte et die operantes nequemquam

verba apostolica notanda.

grauaremus predicauimus in vobis euangelium dei. Vos testes
estis et deus quam sancte et iuste et sine querela vobis qui credidist
affuimus sicut scitis qualiter vnumquemque vestrum tanquam pater
filios suos deprecantes vos et consolantes etc. Et alibi tanquam
paruulis in christo lac vobis potum dedi. Non escam. 1. ad
Corinth. 3. Ecce apostolus tanquam mater et pater fouebat et lactabat
et consolabatur gentes doctrina christi vt filios proprijs simpli
bus non quibuscunque: sed quos nocte ac die manibus laborabat
Et parum hoc ei erat sed etiam animam id est vitam pro illorum
salute exponere desiderabat et tamen expensas repetere non
curabat nec protestabatur. ¶ Et vsque adeo illicitum esse pre
dicatoribus euangelij repetitionem intendere impensarum bea
tus apostolus iudicauit: quod etiam a cibo petendo qui ei iure nature
et diuino debebatur abstinuit, dum erat inter eos qui sponta
nee non dabant: et operabatur manibus. Omnia (inquit) ostendi
Vobis quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos etc./.
Vt parum supra retuli ex actuum. 20. Et sic patet non
obstare illud quod per leges humanas allegabatur in contrarium

contra Joanem maiorem in 2. sen

scilicet de negociorum gestione vtiliter facta. Et per error Joannis
de maioris (quem inter ceteros habet super. 2. sen. dist. 44.
quest. 3. in materia infidelium) manifeste conuincitur qui erra
et in iure et in facto de huiusmodi nationibus indianis dixit quod quia

errauit Joa. maioris

in omnibus faciendis circa illos magne requiruntur impense
quas rex alius non ministrat. licitum est illas capere: quia
alius (inquit) hoc velle rationabiliter debebit. et infra quod si rex
infidelis voluerit suscipere fidem cum alijs soluendo pro impensis

assi[illegible]pti

assumptis: non est deponendus de regno etc. hec ex illo. Verum
quia in nostra apologia latine ac vulgari sermone conscriptis.
errorem huiusmodi cum aliis Joannis de maioris confutavimus
latissime idcirco in presentiarum in hoc est supersedendum.

§. 42.

Est autem circa predicta iterum considerandum: quod cum summus
Christi Vicarius sit loco christi ecclesie universalis caput quia
non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. c. quanto. de
transla. prelato et per consequens incumbat ei ecclesiam dilatare et
dilatatam conservare ut ex dictis beati bernardi apparuit: si bernardi.
militer per chrisostomum super Mathe. 16. homel. 55. filius que chrisost.
patris est et ipsius filii potestatem petro ubique terrarum conces
sit: et homini mortali omnium que in celo sunt dedit autorita
tem dando eidem clavos ad hoc ut ecclesiam ubique terrarum am
plificet: teneanturque omnes principes christiani, omnes communita
tes respublice tam seculares quam et ecclesiastice obedire illius man
datis ac si mandata essent expressa Domini Jesuchristi: quemadmo
dum latissime et pulcherrime docet beatus Cyrillus in libro Cirillus
thesaurorum. Dedit (inquit) filius dei petro plene et perfecte claues
regni celorum. Quoniam sicut ipse accepit a patre ducatum et sceptrum
ecclesie gentium ex israel egrediens super omne ~~quodcunque est.~~
principatum et potestatem et super omne quodcunque est: ut in eius
nomine genua cuncta curbentur plenissimam potestatem: sic et pe
tro et eius diadochis idest successoribus non minus sed plenissime.
et infra: omnes iure diuino caput inclinant et primates mundi tanquam
christo domino Jesu obediunt etc. hec cyrillus. Ideo poterat et potuit
Romanus pontifex iniungere cuilibet christiano principi regno vel
communitati ecclesiastice aut seculari: aut etiam toti christiano

populo

populo: vt expletis prius suis necessitatibus de residuis provide
rent sumptus ad predicationem evangelij per orbem illum et cō
versionem in habitantium necessarios et ipsi tenerentur obedire
onus impositum humiliter acceptando. Hinc sanctus Thomas su
super verba supra inducta apostoli alias ecclesias spoliavi. 1. ad

papa pro necessitate vnius ecclesie pot accipere subsidiū ab alijs mundi partibus

Corinth. 11°. et ad Philip. 4. circa finem ait qđ papa pro ne
cessitate vnius ecclesie vel patrie pōt accipere subsidium ab alijs
mundi partibus. Ratio est quia ecclesia est sicut vnum corpus.
Videmus aūt in corpore naturali qđ natura qn̄ deficit vir
tus in vno membro sub ministrat humores et virtutem accipi
ens á membris alijs. hec sanctus Thomas. Hac vsus potes

Alexa. papa.

tate. Alexander sextus papa imposuit onus huiusmodi regibꝰ
hyspaniarum intelligens: qđ proprijs sumptibus debebant predica

reges hyspanie proprijs expēsis tenetur provide re pro novo orbe cōvertendo si commode ab ipis incolis habere non possit vnde

tioni et conversioni predictis operam dare. Vn̄ ipsi reges nr̄i
tenebantur et tenentur hodie proprijs expensis si cōmode abs
incolarum turbatione á terris illis habere non potuissent
aut possent sumptus necessarios illa facere: expletis tn̄ prius
(Vt predixi) regnorum suorum necessitatibus. hoc patet per
verba illa contenta in literis apostolicis predicte institutionis
et oneris hortamur (inquit) vosq̄z plurimum in domino per
sacri lavacri susceptionem qua mandatis apostolicis obligati
estis et viscera misericordie Domini nostri Jesu christi attente
requirimus: vt cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi
et assumere pronamente orthodoxe fidei zelo intendatis po
pulos in huiusmodi in sulis et terris degentes ad Xp̄ianam
religionem suscipiendum inducere velitis et debeatis. et infra
addens preceptum formale: ita inquit. Et in super mandamus
vobis in virtute sancte obedientie (vt sicut etiam pollicemini et
non dubitamus pro vestra maxima devotione et regia magnani
mitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas predictas
viros probos et deum timentes doctos peritos/expertos/et expe
tos ad instruendum incolas et habitatores prefatos in fide catholica

et bonis moribus imbuendum et destinare debeatis omnem debitaz
diligentiam in premissis ad hibentes hec ibi in forma. Ubi appa
ret expresse papam voluisse reges nostros precepto formali necessi
tatem importante ligare: atqz per hoc ad predicta (scilicet)
ad operam dandam vt fides predicetur per orbem illum et procure
tur conuersio et salus illorum gentium animarum: et per qñs ad expensas
exponendas necessarias. Patet seqla: quia finis imponit necessitatē
his q sunt ad finem (idest) media conuenientia sine quibus finem
ipsum adipisci non possumus. ex. 2°. phisicorum. Unde cui ali
quid imponitur vel precipitur vt finis: et precipitur ea sine quibus
acquiri non potest finis. Nam cum preceptū importet rationē
debiti: et dupliciter aliquid sit debitum primo prose et secundo
pp aliud: perse est in vno quoqz negocio id quod est finis quia hz
rationem perse boni: pp aliud vero est debitum id quod ordinatur
ad finem sicut medico perse debitum est vt sanet: pp aliud aut
vt medicinam det ad sanandum. Sic igitur quia regibus nostris
preceptum est et debitum perse vt finis vt euangelium diligenter
per idoneos ministros faciant predicare: preceptum quoqz est
et debitum vt propter finem consequendum, vt expensas et omnia
necessaria subministrent: quatenus ecclia xpi finem quem preten
dit (scilicet) predicationem euangelij cum effectu et conuersionez
illarum gentium adipiscatur. ¶ Nimirum ad hec propria spōte
reges nri per suam pollicitationem factam christi Vicario et
toti ecclesie dei se obligarunt. Et super hoc fuit quoddam pactuz
celebratum ex parte regum nostrorum cum pontifice maximo.
Nam pollicitatio est solius offerentis promissio non extat accep
tans sed est absens: transit tamen in pactum quando is cui quis
pollicetur per nuncium vel per literas acceptat. Quia ibi est duorz
consensus. l. pactum. ff. de pollici. vide ad hoc glo. in clemen Roma
ni de iure iuran. ¶ Obligatur quis ex pollicitatione: qñ pollicetur
ciuitati, vniuersitati, clero, ecclesie, vel pauperibus alicuius
loci: et ex causa, puta ad honorem dei vel huiusmodi. ff. de pollic.
l. 1. §. 1. facit glo. in. c. scimus. 12. q. 1. que dixit qp ex pollici

pactum cele bratum ex parte pape et reguz catholicorum.

ex pollicitatio ne quis obligatur.

tatione

tatione facta deo potest quis conueniri allega. 22. q. 5. c. juramen[illegible]
sic ex nuda pollicitatione facta rei publice. Allega ff. co. d. l. 1. fi[illegible]
c. ex parte de sensibus et Panor in prohemio decreta et in. d. c
ex parte. ¶ Cum igitur principes nostri pollicit fuerint Ro
mano pontifici vicario christi ac per hoc ipsi deo et ecclesie
Dei vniuersali et cum magna causa imo maxima omnium
legitima et finali causa puta ad dilatandum diuinum honorem et
cultum per illum tam vastum indiarum orbem: et ad trahendas
per fidei predicationem ad christum creatorem et redemptorem
suum et introducendas in eius ecclesiam tam innumeras infideles
nationes: sequitur quod clarissimi principes nostri remanserint in solu
bili et perpetua obligatione ligati et in exteriori foro ratione
pacti celebrati et quantum ad conscientiam per preceptum obligans
ad mortale: quia ciuiliter et naturaliter. Cum in vno
actu concurrat naturalis obligatio ex promissione et cum
Juris solemnitate que ciuilis obligatio nuncupatur. [illegible]
solemniter Christi Vicario prefatam pollicitationem pro
pria sponte Reges nostri obtulerunt: et in curam ad
ministrationis totum illum orbem solemniter assumpse
runt. Vt patet instit. de obliga que ex quasi contra nas
¶ Vnde obligati sunt ad dictam predicationem et conuer
sionem atque ad expensas et sumptus exponendos quot quot fu
erint necessarii. Et facit. l. 1. §. 1. ff. si vsufr. peta. et in
c. preterea de offi. dele. cum sua materia. ¶ Et hec qui
dem vera et indubitabilia intelliguntur et si reges nostri
nihil vnquam ex gentibus et terris illis habuissent vt si fuera
mus in tempore illo quo ille orbis detectus fuit et gentes illis
fuerant intacte á nostra tyramide quemadmodum erant
in primeuo statu. Aduero postquam tam tetra immanitate
sunt diminute dissipate atque ad nihilum iam redacte:
nec non tot millia leucarum que plenissima erant morta
libus desolata: quis adeo desipiet vt non intelligat reges
nros

ratione pacti celebrati reges nostri tenentur ad conuersionem indorum expensas facere et predicatores mittere

nros ad impendendum omnia necessaria promitentis pre
dicatoribus prelatis et aliis ecclesiastice ministris ecclasticis
vel secularibus quocunque nomine vel officio censeantur esse
in vi restitutionis obligatos: absque hocque nec minimum quid
agentibus illis vel terris accipiant vel habeant. Quamquam .n. regi
bus nostris semper displicuerint violentie, iniustitie tyrannides in
iurie, rapine ceteraque execrabilia facinora mala et damna
irreparabilia que gentes ille a nostratibus sunt perpesse: non
propterea a restitutione omnium predictorum damnorum
et iniuriarum liberi sunt incliti reges nostri. Probatur hoc
Tum .1°. quia postquam predictam curam super humeros suos
assumpserunt et civiliter et naturaliter se obligarunt tene
bantur gentes illas maxime a nostris defendere et tales nuncios vel
ministros mittere qui terminos eorum que diximus prepara
toria nuncupari (scilicet) illa duodecim que .2a. conclusio com
plectitur non excederent. Quinimmo tales consiliarios in suo
senatu habere: qui non ignorarent regna illa ad suos habi
tatores pertinere naturales ac esse libera nec propter fidem pre
dicandam amittere dominia et libertatem suam: et intelli
gerent quod non eo ipso quod reges nostri fuerunt a summo Christi
Vicario in principes universales illius orbis constituti: daba
tur eis licentia illum ac si regna fuerant hostium aut hereti
corum. et sic Varantia hostiliter invadere et omnia turba
re grassari et devastare: quemadmodum proh devastata et de
serta iacent. hec namque omnia in iure poterant reperiri
clara: si diligenter ut res exigebat scrutari curarant.
Et ideo a culpa et forsam inexpiabili regius senatus non
excusatur. Neque .n. licebat eis iura ignorare circa que
versabantur. l. 2. ff. de origi. iur. Ergo ipsi catholici reges
ad restitutionem omnium predictorum damnorum obligantur.
Tum .2°. hoc probatur per l. in re mandata. C. mandati
ubi

quamvis regibus displicuerint mala que a nostris illata sunt habitatoribus novi orbis non ob id sunt liberi a restitutione

note consiliarii.

regius senatus non est immunis a culpa circa illa que in novo orbe.

vbi omne commissum et negletum in re quam quis accepit in curam suam: non est culpa vacuum. Et est textus notabilis. Idem. in. l. tutori. C. de nego gest. ¶ Tum. 3. probatur

3 quia sicut Eps tenetur ad restitutionem damnorum iniuste datorum vel iniuriose per officialem suum vel vicarium procul dubio ita longe magis principes seculi tenentur de delictis suorum officialium quanquidem potentiores sunt ad puniendum et corrigendum delicta eorum. Patet per ea que doctores determinant. de resti. spoli. c. 1. et ibi per Joan andre super verba hominibus vbi dicit post hosti. dnum teneri de violentia per homines suos illata diffusius videtur Panormi. Et etiam imputatur ei qui opere malorum hominum vtitur. ff. de actio et obliga. l. ex maleficio. et insti. de obliga. que ex quasi delic. nascun. §. fi. sibi. n. debet imputare qui tales elegit. ff. de minor. l. cum mandato. et. l. 2. de pericul. nomina et. l. vnica. C. de pericul. co. lib. 11. pro hoc vr textus. vt iudi. sine quoquo suffra. §. licet eos. in fi. ad hoc notata per glo. et plenius. Hosti. vt lite non contesta. c. 1. facit. ff. de officio prose. l. 4. proficisci in aut de iudi. §. nullo cum. §. seque. et ibi no. C. de custo. reo. l. consentaneum rei. C. quod me. cau. l. si per impressionem in fi pro hoc quod dolus procuratoris generalis nocet domino ff. de exceptio. do. l. apud celsum. §. quesitum in fi. ff. ad trebel. l. procul. in prin. presertim si potuit eum prohibere et non caret scrupulo societatis occulte: qui manifesto facinori desinit obuiare. 84. dist. c. error. de senten. excom. c. Qualiter cum ibi no. vel postquam sciuit non correxit: quia tunc videtur socius tacite vel expresse argu. C. de falci. mo. l. 1. §. domus C. de his que a latroni. §. §. 1. princeps. n. tenetur de omnibus: et omnium autor esse videtur: quia cum omnia possent corrigere: eorum merito particeps est qua noluit vel neglexit emendare vt inquit Policraticus lib. 4. cap. vltimo. hoc etiam ten. s.

notandum valde.

notent quibus incubit maxime quod reges et consiliarii in nouo orbe existentes qui ipsi per minima rebus ... zedent. i. consiliarii supprimunt. nullamque habent excusationem cum religiosi clamet

Tho.

Tho. 2a 2e. q. 62. ar. 7. videatur de hoc in decisio. de rota desisi. 431. in antiquis. ¶ Obligantur igitur Reges nostri iure diuino naturali et humano ad resarciendum integraliter omnia dam̃na irreparabilia/ omnes iniurias/ iniustitias/ crudelitates/ vastationes tot regnorum tot uastarum terrarum/ tam ingentium thesaurorum et diuitiarum raptarum: strages innumerabilium mortalium occissorum taceo que mala per nuncios capitaneos vel duces et ceteros illorum comites quos miserunt: nomine regio licet non de regia voluntate gentibus illis per totum illum orbem fuerunt illata. ¶ O quando et vnde tot tantaque resarcient aut satisfacient.

obligantur reges nostri ad restitutionem omnium illorum que in nouo orbe sunt ab hispanis depredata et deuastata.

¶ Veruntamen licet ista vera vtique sint non tamen opus est regibus nostris ad supplendos sumptus necessarios pro hac expeditione: hyspaniam spoliare accipiendo ex redditibus, quos habet in ea: vt vestiat indos, et locupletes faciat. Sed ~~quod q~~ quod regibus incumbit de necessitate salutis est. quod quocunque commoda, vel prouentus in auro et argento ceterisque rebus preciosis ex regnis, et terris indorum sibi quoquomodo (iure tamen) prouenerint: sinat ibi manere; quatenus pro expensis necessariis explendis ad vtilitatem ad vtilitatem, et necessitatem spiritualem et temporalem illarum gentium prouide expendantur: nec quicquam eorum in hyspaniam iubeant asportari.

omnia que habent reges nostri iure regio ibi sunt consumenda in vtilitatem illius orbis et nihil in hispaniam asportandum

Nempe si eiusmodi commoda, vel prouentus inde non tollunt, vt ad vtilitatem hyspanie, aut aliorum regnorum suorum deferantur, vel in alios vsus expendant, vt puta quintam partem auri et argenti de mineralibus et margaritarum: et quod ex mercimoniis, seu comutationibus, que inter indigenas, et hispanos contractabuntur frequentissime, si nouerint, non verbis quidem sed opere, et veritate se liberos esse, ac vim ab illis amplius non passuros iustitia seruante preterea, quod ex duanis, vectigalibus, guidagiis, gabellis, et datiis, que ex mercimoniis a mercatoribus hyspanis: prouis, que ab hyspania illuc deferuntur, vel inde asferuntur, aut ibi venduntur, et ex multis aliis vtilitatibus

pro

pro tempore prouenientibus: hec inquam, que ex numeratis reges nostri colligunt, et indies affatim eis obuenire possunt sufficientissime profeto, nonsolum providebitur quibuscunque necessitatibus proiecta expeditione, verum etiam redditus impensas superabunt. Quodsi ad aliquid tribuendum indigene ipsi essent obligate: his ad sumum indubitanter satisfacerent. Nimirum vniuersa illa comoda sua sunt, et de terris sibi iure naturali, et gentium debitis procedunt, et sui causa finali hoc est propter bonum suum tandem ortum habuerunt. ¶ Dixi notanter pro expensis necessarijs, quoniam multa expēdut[r] hodie, que pro manutentione illarum gentium in fide, et in pace necessaria nonsunt, sed multum superflua: nec illorum gra, vel respectu possunt dici provisa. Cuius modi sunt expense procurijs seu regijs foris vulgo audientias, quibus indi non indigent. Sed hispani, qui nesciunt in pace viuere, ac sine litibus, et ideo non debent tales expense et similes inter illa, que ad bonum illarum gentium necessario expectant computari: Solum namque sufficit quantum ad securitatem attinet indorum, vt reges nostri prouideant, quatenus in aliquibus prouintijs sit tali quod presidium ducentorum vel trecentorum militum, qui terre custodie prospiciat. Quod re vera milites ipsi efficient, non cum multo labore, atque pro inde paruo stipendio contentabuntur: potissime quia terra illa omnis felix, et abundans diuitijs cum sit, modis diversis consequi poterunt pinguiorem fortunam quam tanto pere diligunt, et indefesse perquirunt. ¶ Ex quibus omnibus tādē apparet, quod nō possunt reges nostri hyspaniarum exigere á gentibus, et populis indorum, nec vnum obulum et tyrannide qua impresentiarum premuntur cessante: atque ipsis populis et gentibus consensum liberrimum prebentibus ad suscipiendum eos in principes supremos: sed ipsi catholici reges tenentur omnem vtilitatem spūalem et temporalem illorum vsque ad finem mundi

prop[...]

illa q̄ expenduntur pro curijs .i. delas audientias in novo orbe nō son palos indios mas a menester ellos

millites in p[re]sidio in nouo orbe stipendijs regis alendi

ve visitatoribus q̄ eo vadunt vt augeat tributa cum in iuxiam serorū vt fecit nuc q̄dā in nova hyspania et q̄ ve cōsetietibus et ope ferentibus q̄rum damnatio apta vī nisi resipiscat et cū effectu restituat.

propriis sumptibus q̃tuncumq3 magni extiterint suma diligentia procurare: et vtinam per hec iustitie diuine pro tota hyspania sit satisfactum.

§. 43.

Hactenus cursu minime auaro conati sumus euidentiaz facere qualiter aut quo iure non liceret regibus nostris hyspaniarum absq3 licentia et gratioso beneplacito regis Yynga vel suorum descendentium ad quos de iure suo secundum leges illoruz in bonis suis seu dignitatibus succedere competebat: inquirere aut scrutari et minus asportare aut mandare talia facere thesauros et diuitias sepulchrorum animo retinendi eas &c. prout in quadam q̃tione responsiua principalis questionis. §. 4. continet: Vbi materiam dilatando vt loculentior et roboratio veritas fieret: satagimus in fundo principiorum n̄alis iuris atq3 diuini quo in statu ius regium in orbe illorum extiterit a principio sue defectionis et modo sit medullitus ex aurire. ¶ Deinde vero iam redeat vnde sermo prolixius aberrauit (scilicet) quid iuris erit de thesauris sepulchrum inuentis et inueniendis: quorum nulla extat memoria cuius sint vel adquem pertineant ex temporis vetustate. Namq3 antea per primos quatuor. §§§§. tractata fuerunt intelliguntur de inuentis quorum domini vel eorum herodes sciuntur vel de facili sciri possunt. Et de illis igitur nunc tractandum est: vtrum inuentoris sint. Anciuius locus aut terra inqua inueniuntur fuerit aut principis ip̄ius yynga siue fisci sui. ¶ Pro declaratione huius dubij dicendum videtur cum hac distinctione: q̃ aut illi qui modo in partibus illis inquirunt scrutantur inueniunt, et tollunt sunt indi vel incole naturales illius orbis vel sunt hyspani iam habitatores de facto illis cum indigenis. Siquidem incole naturales sut etiam singulares persone qui thesauros inquirut vel inueniunt tunc dicimus sic. q̃ si thesauri eius modi sint in aliquo fundo aut predio / dubiuz de thesauris in vetis in sepulchris quorum d̄n̄s non inuenit̃ neq3 in veniri pot

siue

Si in proprio fundo invenit thesaurum quesitum totum est invenientis.

Sive agro vel domo aut parte terre propria alicuius: et casu vel ex industria querat et inveniat quicquid sit preciosum totum est inventoris iure nature secundum omnes doctores et idem s. Thomas. 2a 2e. q. 66. a. 5. ad secundum sentit. et glo. institu. de rerum divi. §. Thesauros quia ipsa lex naturalis dat ei facultatem querendi et iuste fruendi hisque invenerit. Unde ab illo puncto temporis quo invenerit acquirit dominium eorum sibi. hoc dat intelligi. d. Thesauros. Ubi sic dicitur Thesauros quos quis in loco suo invenerit: divus Adrianus naturalem equitatem sequens ei concessit qui eos invenerit. et in. l. unica. C. de Thesau. lib. 10. ubi dicitur: invento uti liberam tribuimus facultatem: ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur. ¶ Si aut invenit in loco alicuius privati/ vel in loco cesaris vel loco publico fisci vel civitatis.

Si in alieno fundo quis thesaurum inveniat a casu dimidiam partem habebit.

Aut hoc fit a casu ut si forte arando aut alias terram alienam colenda vel quocunque alio casu: quia videtur fortuna vel melius dei beneficio illud bonum illi concedi iure nature inventori debebatur. Sed leges civiles (de quibus. s. Tho. ubi supra mentionem facit) statuerunt ad pacem inter cives conservandam ut dimidia pars sit domini soli et aliam dimidiam inventor sortiatur ut in. d. l. unica et. l. non intelligitur. §. si in locis. ff. de iure fisci. Similiter est dimidia pars danda fisco vel civitati si in loco publico inveniat ut in. d. §. thesauros.

Si de industria et data opera totum domini soli erit.

Si aut ex intentione ac de industria data opera: vel etiam domino invito et contra dicente: totum quod invenerit domini soli erit ut. d. l. unica. Quia ille talis fur reputatur. In hispania preallegate leges ad literam servantur. Ut apparet in. l. 44. titul. 28. 3a partite. At in negocio incolarum naturalium illius orbis animadvertendum est: que leges aut consuetudines apud eos vigerent circa eas res que casu vel de industria seu data opera inveniebantur et secundum eas iudicandum erit per rationem. l. venditor. §. si constat. ff. communia predio.

Leges nostre non ligabant habitatores novi orbis.

Leges aut nostre illos non ligant. [illegible]

si legibus aut consuetudinibus suis ad decisionem dubiorum huius
modi vti non possumus: recurrendum est quid agendum sit
sm equitatem naturalem. Nam si quis inuenit thesauros vel
res preciosas aliquas ex proposito data opera in fundo aut agro
alieno: presertim si contra voluntatem et prohibitionem dni:
totum restituere tenetur ei cuius fundus aut ager est. Cui in
iuriam facit punitione dignam. vt patet per. l. 3. ff. de acquir.
re. do. et. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis me prohibe
at. et. d. l. vnica. C. de thesau. lib. 10. et. l. quosdam. C. de
metala. lib. 11. Et ratio harum legum est iniuria q̄ irroga
tur domino fundi vel terrule aut soli absq3 scientia et lic.ª
illius intrando in fundum suum maxime si violenter dño cotra
dicente. Sic dicit. d. l. venditor. §. si constat. ¶ Nec potest
rex yrga concedere lic.as inquirendi seu scrutandi thesaurum
in predio alicuius priuati ipso inuito potissimum si aliquod
preiudicium exinde illi prouenturum sit. Per rationem. d.
l. vnice de thesau. et. d. l. quosdam. Nisi esset consuetudo: vel
vel nisi Rex yrga qn̄ concessit reseruauit sibi thesauros
vel alia queque preciosa q̄ in predio illo vel terra aliquando
reperiretur. Et tunc debet dari illi cuius terra est aliquid pp
damnum forte quod in predio recepit et non sit graue damnu3
vt in. d. l. cuncti. C. de metala. sed si graue esset no posset
rex yrga inuito domino illud concedere quia esset ɔtra
lege3 naturalem. Qm̄ nemini est consulendu3 cum alterius
iniuria vel jactura. vt in regula iur. locupletari. lib. 6.
Et si consuetudo talis vigeret in illo loco vel regno esset corrup
tela et diabolica vt dicit bal. in. l. sicut. C. de ser. et aqua
pluuia. ar. Et patrocinatur. l. quosdam preallega. vbi prohi
betur fodere in loco alieno causa querendi saxa vel marmora
vbi dominus loci haberet damnum et. ff. de dam. in fe. l. flu
minum. §. fi. et. ff. d. l. venditor in fi. ¶ Hinc apparet
q lapidicine marmoree crete fodine/ argenti fodine/ vel auri
fodine/ aut alterius metalli vene que in solo cuiuscunq3 priua
ti

rex no pot dare lic.as q̄ vo.te ppri do mini inquire di thesauru in ppo loco.

si tn in loco coi sunt rex poterit co cedere p datis illa fodere

ti fuerint. sine lic^a eius non possunt inquiri nec inde tol
nec rex ea priuatis potest tollere aut licentiam tollendi
dare absq3 iniustitia: quia iure nature ad illum ea perti

illa q̄ regalia dicunt^z sunt regis q̄ ad q̄taq3 a principio posi tam

net: nisi certam quotam quam a principio in electione po
pulus ei constituit. Et sic intelliguntur illa que sunt rega
lia. ¶ Item non potest Rex ynga dare licentiam ea inquir
alijs aut effodi vel tolli dominijs inuitis pp eandem rationē
per quam rationem Reges castelle disponunt ne quis cum
preiudicio alicuius et sine licentia domini soli inquirat vel
effodiat metalla vt infra monstrabitur. Unde sicut de iure
comuni possum thesaurum labore meo in proprio fundo inuen
et ∻ut meum tollere. vt. d. l. vnica. et insti. de rerum diui.
§. Thesauros eadem ratione si in predio meo sunt lapidicine, auri
fodine, argenti fodine vel metalli possum illa fodere. quia eadē
est ratio. Et ideo idem Ius est. quia ratio diuersitatis reddi nō
potest. ff. de fonte l. 1. ff. de verbo obliga. l. a titio sm. Andre
de Iseruia. in titul. Que sint regalia super verbo argentarie.

Ubi dz̄ q̄d argē ti fodine sunt regis intelligi tur de illis qui sint in fundo regis vel de illa parte q̄ p̄ cō stituta est pro rege.

Ubi probat q̄ tex. ille argentarie non absolute intelligitur
q̄ argentarie aut metalla vbicunq3 inueniantur sint regis sed
solum ea que sunt in predio regis: non autē de argentarijs et
metallis que sunt in locis priuatorum. Nam ista possunt esse
de iure comuni fundato in ratione naturali in locis priuatorū.
Ut est tex expressus in. l. 3. in fi. ff. de rebus eorū et. ff. solu
matri. l. diuortio. §. si vir. et. ff. de censib. l. forma. et. ff.

nota q̄ auri fodine et argē ti fodine non sunt regis si sint in solo priuati hominis

de vsuffruc. lega. l. generaliter. §. vxori. et. ff. de vsuffru.
l. item si fundi. Et in his argentarijs et metallis que sunt
in locis priuatorum dicit prefatus Andre de Iser, q̄ seruatur
consuetudo vbi sunt per tex. in. d. l. venditor. §. si constat
cessante autem consuetudine de metallis inuentis in solo pri

fiscus in meta llis inuētis in solo priuato habet decimā partem.

uati: fiscus regius habet decimam partem juxta. d. l. vnicam
Et d. l. cuncti. pre allega. Et de isto reddi tu metallorum
loquitur textus. in. l. inter publica in fi. ff. de verbo signifi.
et glo. ibi declarat. Ubi dicit textus: publica vestigalia intelligi

debemus

debemus ex quibus fiscus capit: qualis est vectigal portus vel venalium rerum. Item salinarum & Metallorum dicit glo. Metallorum de quibus decima fisco datur de metallis vt in. l. cuncti &c. Hec glosa. Ex quibus apparet quod ea que dicuntur esse regalia. eo titulo in vsib. feu. non totaliter et simpliciter. sunt regum. Quoniam quedam sunt publica et comunia non fiscalia vel patrimonialia que sunt in dominio principis: sed sunt publica in vsu omnium de regno vel principatu secundum quod dicitur. ff. de acquiren. re. domi. l. quod in littero. & insti. de re diuis. §. 1. et. §. littora. et. ff. eo titu. l. 2. in fi. et. l. sequen. ¶ sunt ergo regalia littora et vie publice et flumina navigalia quantum ad defensionem et protectionem vt rex prohibeat ibi fieri quicquam si vsus littoris et vie publicus impediatur. d. l. littora. & l. sequen. Non. n. sunt in patrimonio regis quia distant hec publica ab illis que sunt in fisci vel cesaris dominio. d. l. 2. §. 1. ¶ Vnde in his vijs et littoribus princeps non debet concedere que sunt contraria comuni et publico Iuri. Quia sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus aduersus vtilitatem orbis impertitis Iure casandis. etc. vt. C. de aque duc. l. diligenter. cir. fi. lib. 11. Nec est eorum comercium. ff. de contrahen. Emptio. l. sed et celsus. Nec ista princeps donabit nec donare potest quia non sunt sua: sicut fiscalia et patrimonialia vt. ff. ne quid in lo. publ. l. 2. §. hoc interdictum et. §. sequen. ¶ Quedam vero regalia sunt in quibus rex solum habet quotam vel quintam vel decimam partem aut illam quam populi a principio regibus pro sui status honorabilis sustentatione statuerunt vt portus idest redditus seu vectigal qui prouenit ex his que in portu vel ex portu vehuntur. hec sunt regalia quia sunt publica stricto modo idest in patrimonio regis. Ripatica eodem modo prouentus et redditus ex his prouenientes. Ripe. n. et earum vsus est publicus sicut et mare et flumina nauigabilia que dicuntur etiam regalia quantum ad protectionem principis et sunt inalienabilia. l. riparum. ff. de rerum diui. Et tunc dicentur regalia quantum ad protectionem principis quia non alienantur. d. l. sed et celsus. ¶ Idem dicit de metallis seu

venis

illa que dicuntur esse regalia non totaliter sunt regum sed solum quo ad partem.

regalia que sunt in patrimonio regis.

portus mare et flumina nauigabilia regis dicuntur esse quo ad protectionem non quo ad proprietatem.

metallorũ et salinarũ vene regalia sunt q̃ꝫ tum ad quotam que pro rege cõs tituta est.

De mineralibus p̄s debꝫ dari regi q̄ debet inponi etc̄. in noua hispania p̄º dabat̄. 5. p̄s post. 8. et nunc 10. dat̄ in argẽti fodinis.

Venis metallorum & salinarum q̄ sunt regalia videlicet q̄ꝫ her
ad quotam partem que rationabiliter imponi debet si a principio
electionis regis per populum non fuit imposita. Sic est in hyspania
et seruantur eedem leges comunes vel rationes earum. Nã d̄r
in. l. 6. titul. 28. partine. 3ª. q̄ redditus portuum salinarum et
piscariarum & ferrariarum et aliorum metallorum et vectiga
lium: sunt principis. et etiam portagiorum. Que fuerunt concessa ad
regum sustentationem honorabilem et regni defenssionem contra in
fidelium aggressionem & ab exactionibus importunis abscissionem et
ista vulgo dicuntur proprie esse regie corone. Sic. n. ~~hyspanice~~
dicit in hyspanico vulgari lex illa. las rentas delos puertos y delos
portadgos / q dan los mercaderes por razon delas cosas / q sacan del

ōia x̄ba notãda vt reges intelligãt se obligatos ad defẽsionẽ terre et maris et ea recipere ne sub diti alijs imposi tionibus gravẽ tur

mar / o dela tierra: e las rentas delas salinas o delas pesquerias
e delas ferrerias e delos otro metales. E los pechos e los tributos queda
los omes: son delos emperadores e delos Reyes. E fueron les otor
gadas todas estas cosas: por / q oviesen con / q mantuviesen hon
rradamente en sus despensas con / q pudiesen amparar sus
tierras e sus reynados e guerrear contra los enemigos dela fe:
E por / q pudiesen escusar sus pueblos de echarles muchos pechos
e de fazelles otros agraviamientos hec illa lex in forma. ¶ Et
in legibus ordinationum lib. 6. titul. 1. l. 8. declaratur minera
lia scilicet venas auri fodinarum et ceterorum metallorum et
salinas atq̄ꝫ fontes siue puteos salsos ex quibus sal conficitur esse
regalia. Nec absq̄ꝫ licentia vel priuilegio licitum alicui fore
vel fodere aut aliquid sibi eorum vsurpare. Et titulo 12. eius
dem libri. l. 8. conceditur omnibus indifferenter licentia que
rendi fodiendi / et tollendi aurum argentum viuum et lapi
des marmoreos in agris seu predijs proprijs. Similiter in alienis:
sine tamen preiudicio dominorum et de illorum beneplacito. de omni
bus aũt que inde habuerit quis demptis omnibus impensis sibi qua
fecit tertiam partem retineat: et duas soluat fisco vel regi. hec
ibi. ¶ Ex quibus ex quibus potest colligi duplicem pat[...]mo
[...]ius

rium regis est totum ipsum regnum sicut subditi siue regnicole
naturales ciuitates et omnia que sunt in eo et anexa regno et
fisco. Nam regnum vel respublica fiscus et princeps supponuntur
quasi pro eodem. Ut no. C. de seruis fugi. l. penul. Et bal.
de feudo marchie du. et comit. Ubi ait quod regnum vel respublica
est sicut viuacitas sensuum fiscus est reipublice stomachus/
sacus et firmitudo/ princeps caput. Unde princeps vel impera
tor quasi tyramus esset sinon tanquam respublica gereret se: et multi
alij reges qui priuate seu vtilitati negociarentur: quia predo est
qui non vtilitati domini sed proprie studet. ff. de nego. gest. l. si
~~pupilli~~ pupilli. §. 2. Et hoc no. Inno. extra. de religio: domi.
C. cum venerabilis est Joa. an. et facit quod no. C. de sac. sanc.
eccle. l. neminem. per glo et cy. hec dicit bal. vbi sup. ¶ hoc
patrimonium non potest princeps alienare nec aliquod ei
preiudicium sino regni voluntate facere. Ratio est quia non
est dominus et administrator nec accepit illud ad alienandum
et deteriorandum sed ad gubernandum meliorandum et conseruan
dum in sua libertate ff. Nec proprie suum est sed regnicolarum
secundum illud quod baldus dicit vbi supra cuius est ciuitas bonomie/
ecclesie. Imo bononiensium: quia ecclesia nihil habet ibi autoritatis
nisi tanquam respublica. cuius reipublice imaginem et nomen gerit.
Item queritur: cuius est ciuitas senarum. Dominum Cesaris. Imo
magis senensium hec ex baldo. ¶ Nec et pot Rex alienare illa
que anexa sunt fisco scilicet redditus regales de quibus supra:
quia per hoc status regius debilitatur et redderetur impoten
tior, tum ad gubernandum: tum ad defendendum regnum contra
hostes qui facilius insurgerent cognita regis paupertate. Unde
necesse haberet populum de nouo exactionibus importunis vltra
quam ferre possit grauare et angariare contra rationem et finem
legis preallegate. ¶ Aliud patrimonium habet rex vel princeps
quod leges comunes appellant bona regis priuata: vt sunt bona pa
trimonialia propria ipsius principis que tanquam priuatus possidet
vel potest habere et eorum nouiter peruenire ex diuersis causis
vt

[Margin:] principis pa trimonium quod est totum re gnum aliena ri non potest

[Margin:] patrimonium quod dicitur bona regis priuata pot princeps alie nare vtra quam ad eum peruenit ex diuersis cau sis

Vt puta ea que ob crimen perduelionis, proscriptionis vacationis vel ob aliam causam bona fuerint ad fiscum suum priuatum de voluta. vt. ff. de iure fisci. l. 1. et. 2. C. de penis. bono subla. l. 1. lib. 10. et. C. de bon. vaca. l. 3. et perto. lib. 10. aut si ex pecunijs que peruenerunt ex redditibus regni aliquas possessiones aut castra vel loca emerit a priuatis personis: aut etiam que per industriam suam iusto bello contra infideles acquisierit vt in C. abbate sanc. §. proparte. insi. dere iudica. lib. 6. loquens de rege

bona patrimonialia regis q̄ iusto bello acquisiuit ab infidelibus.

aragonie acquirente per bellum iustum contra infideles quedam loca que computata sunt inter suum et priuatum fiscum vel patrimonium. Ubi dr̄ q cum Rex ipē sua probitate ac studio ab infidelibus loca conquisierit supradicta et infra: cumque propria facta essent et viderentur ab alijs bonis hereditarijs separata etc̄. hec ibi. et in. l. 2. de aque. duc. insi. lib. 11. dicitur sciat eundem fundum fisci tituli proscriptione signatum priuatis regibus nostris aggregandum hec ibi. De hoc igitur patrimonio regis potest rex donationes et

duplex patrimonium pncipis

gratias facere: semper tamen moderate ne patrimonio ex frequentibus donationibus exausto agatur ad bona subditorum (calcata iustitia vt fit interdum) extendere manum et facile de rege vertatur in tyranum. sm Tullium. 2. de officijs. Sed de hoc diffusius alibi loquemur deo opitulante. De vtroque patrimonio principis mentio agitur in aut. vt omnes obedi. iudi. prouin. §. si vero. al

ibi. aut sacro patrimonio id est rebus imperialibus vel imperio: aut sacris priuatis idest rebus priuatis principis. et in. l. bene a zenone. C. de quadrie. prescrip. §. sancimus. ibi circa cas res que a sacratissimis imperatoribus non a fiscalibus rebus sed ex priuata eorum substantia procedunt etc̄. Ecce ergo que sint regalia principum: et videtur sic dicendum esse de alijs regnis q hec sint regalia et patrimonialia siue fiscalia in quolibet regno nisi appareat contrarium ex institutione populi vel regnantis aut ex ~~institutione populi~~ consuetudine regni illius approbata. Et

bald

hoc sequi debemus dummodo sit rationabile. Propter hoc dicebat bal in. l. 3. C. ad trebel. et in rubrica. ff. de re. diui. q tot ... du

dus seruat reges habere regalia idest redditus aliquarum rerum que non possunt alienari: et alia que possunt moderate donare vt ex supra decursis apparet. Quo ergo ad illas nationes indianas tangit: semper vt diximus consuetudo aut leges sunt expectanda: et sic de materia presenti iudicandum.

§. 44.

Secundum membrum autem prefate distinctionis in precedenti. §. posite fuit an qui thesauros et inueniunt et tollunt sint hispani et tunc quid dicendum erit? Ad cuius dubij decisionem ponitur sequens q̄clo.

Conclusio

¶ Indignissimi sunt hyspani aliquod bonum temporale illius orbis habere.

¶ Probat[r] q̄clo. 1ª. quia licet assistendo predicatoribus fideique eos iuuando potissimum viuendo prout viuere tenebantur velut veri christiani: quorum exemplo nationes ille facilius ad fidem amplexandum allicerentur: merito digni fuissent diuitiarum locupletissimarum et innumerabilium aliorum bonorum quibus orbis ille scatet participes fieri: itaque de voluntate naturalium incolarum et dominorum suorum vniuersa bona sibi cum istis comunia forent et sic opulescerent: tamen quia hoc priuilegio tam perperam tam ignominiose, tam impie, tam crudeliter et inhumane abusi sunt: meritissime se ipsos indignos tali priuilegio reddiderunt et illud iure perdiderunt facto ipso. ḡ. indignissimi sunt bonum aliquod temporale participare hyspani orbis illius: q̄ña patet antecedens probatur. 11. q. 3. c. priuilegium. Vbi dr̄ priuilegium omnino meretur amittere:

qui

qui permissa sibi abutitur potestate. Nam amittitur pp enorme damnum superueniens ex superueniens ex. de deci. c. suggestum. et c. dilecte fili. de verb. signifi. c. Quid per nouale. et de vita et hone. cleri. c. fi. et ibi bona glo. et de sen. excomuni. c. contingit. et de statu monach. c. re colentes. sed que delicta commiserunt? imo facinora? Immo scelera inaudita? Et quod et quam enormia dana superuenerunt ex suis detestabilibus operibus eiusmodi gentibus profecto ex quam plurimis supra deductis et ipsa luce clarius ostensis nec non amplissime probatis facile est videre. ¶ 2º. pbº². conclo. quia non debent ad commodum eis cedere: que ad penam eorum potius retorqueri debent vt in c. et si necesse. de dona. inter vir et vxo. et .16. q. 1. c. legi. et ff. de nego gest. l. siue et ex improbitate nemo consequitur actionem. ff. de furtis. l. Itaque fullo. et in regula: ex eo non debet quis fructum consequi quod nisus extitit impugnare. de regul. Iur. lib. 6. cum suis concordan.

Ex hac conclone tale corrolarium sequitur.

Et ideo exclusi sunt hispani naturali ratione a comunicatione cum incolis querendi thesauros aurum/ argentum/ alia metalla/ siue res alias preciosas ceteraque bona temporalia etiam que in nullius bonis sunt per illum indiarum orbem. ¶ Probatur corrolarium multipliciter. Primo per conclonem patet: quia si pp sua scelera seipsos indignos reddiderunt aliquod bonum temporale Illius orbis participare ergo in querendis effodiendis vel asportandis Thesauris/ auro/ argento/ et ceteris bonis cum incolis naturali ratione non sunt digni communicare. ¶ 2º. probatur per corrolarium 2m. et 3m. supra. § 31. situata in quibus fuit probatum omne aurum argentum et ceteras res preciosas: terras/ campos/ agros/ et cetera bona que hyspani habuerunt et modo tenent fuisse rapta/ vsurpata et male ablata necnon iniuste possessa nec nisi restituant proprijs dnjs vel suis heredibus posse saluari. ¶ 3. probatur corrolarium quia cum sine licentia regis ynga vel descendentium vel aliorum regum et dominorum terrarum. nemo possit iuste illa querere/ scrutari/ fodere aut extrahere: manifestum est quod nunquam licentiam habuerunt

merito sunt exclusi hispani ab inquisitione metallorum et que in nullius bonis sunt in nouo orbe

efficacissima ratio quod omnes terre et prouintie et que sunt in nouo orbe sunt incolarum et sunt rapta et vsurpata et violenter detenta ab hyspanis vnicus quam

voluntarie prestabunt: cum sciant se adversus hyspanos tanquam hos
tes publicos iustam causam bellandi habere. Rursus ab oppre
ssione tyranica et continua cessare minime. Nec de malis damnis
injuriis receptis ab eis quod satis facient spem ullam tenere prout
supra. §. 29. in quodam corrolario probatum est ergo exclusi
sunt hyspani a communicatione querendi thesauros etc. ¶ 4
prob. quod sicut supra. §. 31. 32. 34. et 35. aperte probatum
relinquitur hyspani a primo ingressu quo in terras et regna illa
introierunt dupliciter fuerunt tyrani (scilicet) ingressu et exer
citio actuali (hoc est) per invasiones primo quas conquistas appe
llaverunt et per servitutem scilicet repartimiento sive comenda
vocatis quod universas nationes illas magnos et parvos damnarunt perpetuo:
Ideo nulla ratione male meriti sunt ut aliqua via eis aperiatur bo
na illius orbis comunicandi cum potius mererentur per frustra
trucidari. Nulla enim est societas vel communicatio cum tyranis:
quin potius summa destructio est secundum Tullium 3. de offi.
Nec enim est contra naturam spoliare eos si possis quos est honestum necare atque
hoc genus pestiferum et impium hominum exterminandum est.
Etenim ut membra quedam amputantur si et ipsa: sanguine
et tanquam spiritu carere ceperunt et nocent reliquis partibus corporis:
sic ista in figura hominis feritas et immanitas belluina a
communi tanquam ab humanitate segreganda. Proprium tyrano
rum est civitates desolare / et sacra predari / fidem enervare
religiones pessundare: ac perniciosos magis et impios et
iniustos esse (ut dicitur 4. ethicorum) iniustis legibus populum oppri
mere. collectis et tributis indebitis aggravare: magistratus ini
